



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Meditationes Et Recollectiones Animæ, Per decendialia
Exercitia Deo suo Vacaturæ**

Finetti, Bernardo

Augustæ Vindelicorum, 1690

Recollectiones Spiritus. Meditationes, Et Tractatus Spirituales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60556)



RECOLLECTIO-
NES SPIRITUS.

MEDITATIONES, ET
TRACTATUS SPI-
RITUALES.

*Laus Solitudinis, & quam ea
sit admiranda, ac desi-
deranda.*



Supendum quid est, Ani-
ma devota, quòd omnium desi-
deria in quietem, & otium ten-
dant, exiguus tamen eorum sit
numerus, qui illis perfruantur.

Nec hujus aliam mihi causam
admetiaris, quàm, quòd pauci sint illi, qui ea
ibi quærunt, ubi essent invenienda.

Acutiori hoc mensis obtutu considera, &
tenebis ea sanè in hoc mundo inventu esse im-
possibilia, cum mundus iste mare sit quoddam

A vastum

RE

vastum, procellosum, & amarum, ubi nonnisi pericula; non cernuntur nisi naufragia; & quemadmodum Navicula mediis fluctibus supernatans, quieta consistere nequit, ita & in hoc mundo cor humanum, immotum esse non potest, ut adeò S. Augustinus in naufrago hoc pelago adhuc constitutus dolens exclamaverit: *Inquietum est cor nostrum. Ah, Deus meus! quam undiq; diversarum inquietudinum praelis miser impellor!*

Sit non nemo, qui paupertate torqueatur ingentes in ipsum creabit angustias. Bonum terrenis privatum esse, grave erit tormentum nec molli licet lectulo incubans quietem capiet, qui omnium sese ope indigum adverteat. Eadem paupertas, quæ corpori delicias negat & subtrahit, surripit & cordi omnem quietem

Divitiis e contra quis abundet; nec in his minima quies; millenæ siquidem cogitationum animum ejus incessanter adeò perturbabunt, ut spinas eas potius sit crediturus, quibus, quam totidem aculeis, continuo divexetur, tantum ditescendi cupiditate magis turgitur, quantum abundaverit. Quæ interquam omnis omnia requies exulet, vel obiter considerandi pateat

Sit demum, qui honorum culmina conscenderit, neque hic erit emetiendo, quin & in insularum Thronorum apicibus molestias sentiat, multum tidentidem exagitatus, ne denuò ex illis decidat, casu tanto periculosiori, quanto Thronum

nus fuerit sublimior. Mundi honores nimirum sunt instabiles, & quia nulla in eis est firmitas, nulla quoque vera requies erit. An fortè clara nos latet experientia, hanc ipsam honorum, & dignitatum inconstantiam velut digito commonstrans? Evolve, O Anima devota, historias, tum Ecclesiasticas, tum prophanas, & effati hujus irrefragabile robur deprehendes; ut taceam, quòd proprii oculi singulis diebus hoc ipsum nobis proponant, & contestentur, ut adeò nemo, nisi corruptæ mentis sibi persuadeat, in his quietem capi posse. Quod, ut quasi in speculo penitiùs rimandum tibi efformem, en tibi animam honoribus undique præfulgidam ad instar naviculæ inter volubiles undas continuò inquietæ, semper, quemadmodum hæc, quiescere nesciam.

Enimverò ab hinc paulisper digressi Aras Palladias consulamus, in jis fortè animæ tranquillitatem nacturi.

Ast! neque hîc vel minima quies. Periculosa nimis est illa scientia, cui divina sapientia leges non præfixerit. Qui nimio sciendi desiderio flagrat, inscitiam suam prodit, & ignorans est, indecens quippè omninò est, *plus velle sapere, quàm oportet sapere.* Qui nimirum *Rom. 12. 3.* vult scire, sublimia conscendet, quo majus præcipitium subeat. Testes hujus tibi sisto complures hæreticos, quos, quia non è divinæ, sed humanæ sapientiæ legibus regulas sibi condiderant

derant, nimia sciendi cupido in præceptis deturbavit, hominum nunc ludibrium, erebique miserabile, & æternum pabulum. Qui bene vult intelligere, & verè sapiens esse, non se separet à Crucifixo; libro, in quo vera Sapiencia discitur. Quem unquam mundus S. Paulo doctiorem vidit? Et unde tanta ejus doctrina? Non sanè, nisi ex hoc venerandissimo libro. Hunc, hunc, ipsomet contestante, continuo

1. Cor.

2.

pervoluebat: *Non enim judicavi me scire aliquid inter nos, nisi JESUM, & hunc crucifixum.*

Et ubi profundissimus ille doctor Angelicus S. Thomas scientiarum suarum fluenda hauserat, nisi ab eodemmet Crucifixo? Sacratissimum JESU vulnera fons ejus erant, è quo pretiosissimum scientiæ suæ lac deliciosissimè delibabat. Qui omnia scit, & Crucifixum non cognoscit, ignorans est, nec in ulla scientia quietabitur, quam non in schola Crucifixe didicerit. Anima illa, quæ Deum totam suam scientiam, se autem purum putum nihil esse cognoscit, est abundè erudita. Hæc ipsa scientiâ contentus erat Doctorum Phœbe S. Augustinus, quo passim verè Sapiens audiret; Unde ad Deum conversus altum ingemuratur: *Noverim te, noverim me.* Sanctus idem Laurentius Justinianus veram Sapienciam his solummodo duobus terminis innedisse nimirum, Deum esse omnia, se autem

In Cap. nihil: Vera Sapiencia est, scire hæc duo: Deum esse omnia, & se nihil.

Converte tantem, Anima devota, oculos duos in omnia hujus mundi oblectamenta, & iterum non invenies, unde quiescat cor humanum. Voluptates hujus mundi plenæ sunt veneno, magis ad propinandam mortem, quàm ad progignendas suavioris vitæ delicias ordinatæ, bellum crudele movent potiùs, quàm pacem porrigant. Non, non est possibile, ut vel ad momentum pace gaudeat, qui in hoc mundo vivit.

Mundus iste mare est quoddam turbitum, & procellosum, & hinc nulla in eo firmitas. Commorans in regno feris nemoribus horrido, necesse est, ut angustiis, & terroribus concussus vivat; nec inter obscuros, & inextricabiles labyrinthi flexus detentus degere potest, nisi tenebris involutus. Frustra demum inter funesta diglantium prælia pax somniatur. Ita & in hoc sylvestri, funesto, & fallaci Mundo nulla unquam pax, nulla quies, nulla securitas reperiri potest. Patientia semper tam est necessaria, ut meritò de omnibus proferri possit, quod de uno solo dolens edixerat Jeremias Propheta: *Habitavit inter gentes, nec invenit requiem.*

Tbren.

1.

Jam, si anima in mundo requiem, & levamen invenire nequit, eo, quod inter gentes habitet, necessarium omninò erit, ut & in hoc mundo constituta, gentes fugiat, elongando se à conversatione hominum, & in solitudinem secedendo.

In solitudine reperit anima verum refrigerium, ibi sola, Crucifixo suo JESU associata, gaudet dulcissima quiete. Expertus id est Sanctus Comes Elzearius, qui in solitudine detentus repausebat in corde Crucifixi, tanquam in placidissimo lectulo, unde optimæ suæ conjugii intimabat, quod si sui inveniendi desiderio flagaret, non quæret, nisi *in latere Crucifixi*, unico omnis suæ quietis delicio; probè gnarus, in civitatibus, inter populares tumultus, procul abesse amicam quietem, urbesquè theatra esse, ubi non, nisi infauſta, & infelicia prodirent, uti Anfidi placuit, qui interrogatus, quidnam de civitatibus teneret, respondit: *Civitates sunt theatra, infelicitatem scaturientia.* Horum, inquam, omnium conscius Comes ille Sanctissimus in solitudinem, tanquam in otia tuta secessit. Jurgiorum equidem, & laborum occasiones suppeditant oppida, non verò pacis, & quietis.

Orbem denique peragra universum, & non invenies, ubi anima requiescat, nisi in solitudine. Hic, hic solummodò anima, à creaturis sequestrata, divinis consolationibus avidissimè fruitur, tantò Creatori magis unita, quantò à creaturis fuerit semota. Anima sola, à civitatum tumultibus sejuncta, gaudet verà Spiritus tranquillitate. Solitudo est verus & genuinus ille locus, ubi devotio, & virtutes acquiruntur, in quarum solarum obtentu anima quiescit.

Et, si suo robore nititur, quòd ad addiscen-
das scientias solitudo sit schola quasi necessa-
ria, ut idcirco pro adipiscendis scientiis Philo-
sophicis Plato, & Cicero in solitudinem sese-
ferint, eò, quòd intellectus humanus à rumo-
ribus procul distans ad apprehendendum spe-
culandum è sit magis dispositus, captuque ve-
locior, tantò magis ad comparandas facili
negotio virtutes, & scientias Spirituales soli-
tudo juvabit animam, cum & hæc, ab aliis sepa-
rata, possit fervare Cor purius, magisque ca-
pax, & dispositum ad contemplationem, &
coelestia. Isaac contemplationi vacaturus,
in campum secedit. Jacob videt Deum suum
stare innixum, Cœlos apertos, conversatur cum
Angelis, contemplatur paradysum, sed in soli-
tudine. Nemo, Nemo, per Deum! se de-
cipiat. Saniora in mentem sunt reducenda.
In civitatibus non videtur Cœlum, inter tu-
multus, inter colloquia, inter mercimonia
hebetant mentis Oculi, ad Deum, Divinaque
contemplanda neutiquam idonei.

In civitatibus, ubi venduntur vitia, Deusq;
offenditur, requies ignoratur. In solitudine
econtra, ubi venales exponuntur virtutes, æ-
met ipsæ acquiruntur, & acquisitæ in suave
otium reponunt animam. In solitudinem,
in solitudinem secedat anima quietis cupida.

O quàm chara, quàm amabilis, & desidera-
bilis est solitudo animarum! in ea inveniunt

veram pacem, & optatâ fruuntur cordis tranquillitate. Millenis sese in Aula Imperatoris Theodosii condecoratum honoribus cernebat Arsenius, Magister, an potius dicam, Dominus Arcadii, & Honorii, filiorum ejus, cum ex improviso ab Aula auffugit, conculcataquè omni dignitate in solitudinem secessit; & hoc, quod perspiceret, inter honores, inter populares frequentiam, & colloquia, quietem se neutrumquam inventurum. Noverat, ægrè se cum DEO simul & hominibus conversaturum, hinc DEO adhæsurus homines reliquit; quod ipsum interroganti, eccur fugisset, illicò reposuit *Nòn possum, inquit, cum Deo, & cum hominibus simul esse*, hanc veritatem ab ipsomet DEO edoctus, cum in Imperatoris palatio auribus ejus vox illa insonuisset: *Arseni, fuge homines & salvaberis.* Paruit, fugit, graduquè felici salutem consecutus, suaviter optatam cordis tranquillitatem delibavit.

Et, quàm majorem quietem habere poterit anima, quàm si est unita DEO? Quando autem DEO magis est agglutinata, quàm si sola? nunquam sanè anima minus est sola, quàm si sola à mundo, & à creaturis fuerit abstracta, quem admodum de se ipso testatur S. Bernardus candidè edicens: Nunquam minus sum solus quàm si solus, si enim solus, tunc se associat Deus, Thesaurus, & complementum omnium bonorum.

Virgii

Virgini, quæ sola in domo commorabatur, sola in penetralibus, uti de ea discurret S. Ambrosius, apparet Angelus Gabriel, DEUM tunc maximè ei præsentem in sua salutatione contestans, cum diceret: *Dominus tecum.*

Nec est, cur hoc mireris, O Anima, non enim esse poterat, inquit, & devotè interpretatur Hugo Cardinalis, ut Virgo sanctissima in sua domo, tanquam in solitudine, seu quodam deserto à rebus mundanis abstracta, & à creaturis separata consistens DEUM comitem non haberet; Sic igitur Dominus tecum propter solitudinem; sic Dominus vacuos replet, solitarios comitatur. Eo ipso momento, quo anima à creaturis abscedit, Creatori associatur. Quam igitur verum est, O DEUS! eum, qui solus, & ab aliis separatus vivit, adeò tibi esse unitum, ut Deum ipsum possidere meritò affirmetur! Atque hoc ipsum respexisse etiam Petrum Cellensem suspicor, dum solitudinem divinæ cujusdam possessionis encomio condecorat: *Solitudo est possessio Dei*

Quis jam dicere audeat, Anima devota, quòd solitudo, & secessus non sit vita quædam felix, & beata, quodque anima non fruatur dulci refrigerio, & quiete cordis, si sola Deum possideat, unicum omnis quietis, & refrigerii objectum? Si ergò vitâ tam quietâ vivit, Deumque possidet, dum est sola, cur non edisseramus, eam solam, & abstractam etiam in hac terra

4. Epist.
12.

A 5

per-

perfrui Paradiso? Ita est, ita omninò, Anima
devota, dum ab aliis te elongas, in Paradisum
Epist. 4 secedis. *Mibi oppidum carcer est, exclamat S.*
ad Rust. Hironimus testis oculatus, & expertus, & solitudo
de lau- Paradisus. Et alibi: *Solitarius quasi novus*
de ere- quidam colonus Paradisi.

mi In eandem sententiam concurret S. Basilus;
Solitudo, inquit, *est Curia Cœlestium Senato-*
rum. Fortunatos ergò vos. O Antoni, O Pau-
le, O Macari, Hilarion, & alii similes Eremitæ,
qui, à Civitatibus in solitudinem secedentes
etiam in hoc mundo Paradisum quemdam in-
venistis. O! quam est impossibile, Anima de-
vota, ut, Sanctorum istorum quiete penitus
consideratâ, non illicò totis animi precordiis in
solitudinem quis accendatur! Exemplo suo id
confirmet S. Francisca Romana, quæ, eorum-
dem vitam perlegens, adeò in secessum est in-
flammata, ut cordis sui tranquillitate positum
non suspiraret, nisi solitudinem tanquam re-
tissimam viam ad æterna gaudia, ad quæ unicus
anhelabat.

Nolo jam mirari O Sancti Eremitæ, quòd
ab Eremitoriis vestris sequestrari, aut ullo un-
quam tœdio in iisdem divexari nesciveritis
experiebamini nimirum jam tum quandam
Beatorum tranquillitatem, fruendo suo De-
nunquam exsatiandorum, inde solitudine ve-
stra adeò delectabamini, ac si in Paradiso fu-
issetis constituti, quod idem & Primipilum
vestrum

vestrum S. Joannem Baptistam in suo deserto
detinuit, qui, teste S. Chrysofomo, *Eremitum* *Hom.*
ita inhabitavit, ut Cœlum. 10. in
Math.

S. Basilius solitudinis amicissimus animæ, hu-
jusce à mundo abstractæ, & quasi in vitæ beatæ *Opusc.*
statu detentæ, felicitatem contemplabundo *de laud*
emensus obtutu detineri nequit, quin eam *vite so-*
dem explicaturus diceret: Solitudinem scalam *lit.*
esse ad vitam cœlestem, artium liberalium di-
sciplinam, Paradisum deliciarum, ubi rosæ cha-
ritatis purpureo exorata amictu resplendeant,
lilia castitatis nive candidiora refloreat, vio-
læ humilitatis sua abjectione contentæ nulla
vanitatis aurâ se moveri sinant, ubi denique
omnis anima veris delitiis perfundatur.

O Chara! O amabilis solitudo! Quis te
non amabit! Si omnes quietem, si levamen, si
beatitudinem toto nisu affectant, quis in te
non exardescet, quæ amicis tuis hæc omnia
centuplicatò confers? Quis erit enumerando
Paradisi consolationes, à fortunatis illis ani-
mabus cupidissimè delibatas, quæ à mundo in
solitudinem digressæ solæ cum DEO conversa-
bantur? Marsilianam solitudinem oculis tuis
subjicito, & videbis Magdalenam Dei aman-
tissimam corpore, & animo à mundo semotam,
videbis, inquam, Paradisi nectare inebrietam,
sæpiùs in die ab Angelis in sublime ad usque
Olympi portas elevatam, ubi Sanctorum illo-
rum Spirituum dulcisonis modulis mirificè
recre-

recreabatur. O! quàm beata tunc eras, O Magdalena, cùm amantissimo tuo magistro intimè conjuncta commorareris, quæ prius, teste S. Gregorio, in civitate, plena vanitatibus omnibus in lapidem. offensionis, & petrae scandali exposita, in medio mundo sceleratè vivebas? Plus dicam: quæ ipsis Erebi flammæ proxima, jam tum ejus cruciatibus infelix concutiebaris? Ah! quàm est melius vivere solutè à mundo, & ejus reculis abstractum, frui Deo & Paradiso, quàm inter homines degere, eorum confusionibus esse innexum, & experiri inferi pœnas!

O! quam delitiosa tempe sunt solitudinis nomine hoc à Francisco Petrarcha condecorata, ubi itineris sui ad Certosam facti meministi. Vix vir iste celeberrimus oras illas attigerat cùm, conspectis sacris illis honoribus, struendis que silentiis, ad paradisum sese appulisset.

Pref. didit: Veni ego in Paradisum, vidi Angelos in libro de interra, & interrenis Corporibus habitantes, otio Re-tempore habitaturos in cœlis.

lig. Animæ solæ à mundo sequestratæ in corpore quidem detinentur, mente tamen in Cœlo defixæ, ad Paradisum à Deo destinatæ, à cœlo vadunt ad Cœlum, & à solitudine ad consuetudinem Angelorum. Conveniens omninò est inquit S. Gregorius Nazianzenus, ut animæ quæ vivit sola, Deo fruatur, à mundo enim remota, dum solitudinem amplectantur, magis vivunt.

vivunt Deo, quàm alii homines, dignissimi
idcirco, qui præ cæteris divino favore præve-
niantur.

Quis ergò, consideratis tot emolumentis è
solitudine promanantibus, in eam non inflam-
metur? Si quies, si vera pax, si ipsa beatorum
vita in desertis reperiuntur, quis non dies, no-
ctesque infumat medijs excogitandis, quo
tanto bono potiturus, & mundum, & mun-
dana omnia possit effugere?

Fuge itaque, O Anima, fuge ab hac Baby-
lonia, & à tantis confusionibus, relinque fallacem
hunc mundum, eiura tantas impietates,
elonga te à cathetra Pestilentia, & à sceleratorum
conversatione; secede in solitudinem.
Fuge, ut alter Loth, ab infami hac Sodoma,
& in montem te subducito. An non vides,
quàm diu in hac à Deo maledicta civitate per-
sisteris, nil aliud tibi remanere, nisi interitum?
non vides, minaces jam jam depluentes
Numinis irati faces? Abi in solitudinem, in
montem fugito, si iisdem eximi cupis. Fugi-
endo executies ignem; & lucem pestiferam, à
locis infectis te elongando.

Ignis plenus est mundus, plenus & peste,
quia peccatis refertus, omnibus flammis, omni
pestilentia infensioribus; ut ergò evadas, O
anima devota, non restat, nisi, ut fugias, &
in eremum concedas. Stultus est ille, qui pe-
ste subodoratà in locis infectis moras trahit:
Stul-

Psalm.
13.

Stultus & ille, qui in culpam lapsus non illico
loca illa exerceatur, ubi facilis, & propinquus
est interitus. Prævidit hæc pericula regium
Psalmes, in hoc sibi met præfagus Vates, hinc
vix agnito scelere, ne in idem recideret, con-
festim fugit, & in solitudinem secessit: *Ecce
elongavi fugiens, & mansi in solitudine.*

In solitudinem igitur, Anima devota, in
desertum, in incultas Oras te conferto. Quis
times? quid trepidas? An horrores illic con-
cutiunt? An, quod oporteat te esse solam
absterreris? Non est, cur expauescas, certum
ex S. Bernardo, eum minimè esse solum, quia
DEI amore est solus, tum enim verò potissimum
à DEO associatus; nec habet, cur ibidem
constitutus horrores illos formidet, dum, oculis
in stelliferum orbem defixis, divinarum
consolationum splendoribus irradiatur. Moveant
te tot genere, & virtute præstantium di-
vino spiritu repletorum hominum exempla
qui, sprete tantis commoditatibus, conculca-
tisque divitiis solitudinis amore succensi, in
remum secesserunt. In mentem reducito tot
à natura timidas, sexùque infirmas mulieres
quæ, se ipsis quasi audaciores, horrentia crudeli-
um ferarum lustra non exhorruerunt, quò-
peccatis remotiores, magisque DEO unitæ in
solitudine viverent.

Quod si neque his tam præcellentium ani-
marum exemplis moveri possis, moveat te sal-
ter

tem ipsiusmet æterni Magistri, & redemptoris tui Domini nostri JESU Christi exemplum: Magistri, qui Spiritu Sancto plenus absolutam virtutum, perfectionis, & Sanctitatis viam edocuit; Magistri, qui Dei Filius, & ipsamet increata sapientia in sua doctrina errare non potuit.

Intuere mihi Magistrum istum. Audi, quàm solitudinis amantissimus, & ipse cum S. Davide totis viribus exclamet: *Ecce! elongavi fugiens, & mansi in solitudine*: quemadmodum textum hunc de Christo interpretatur Cassiodorus ad stipulante S. Bernardo: *O! Beata vita solitaria. Ipse Dei Filius Salvator, & Magister noster exemplum dedit nobis fugiens in desertum, & mansit in solitudine*. Benè itidem totum hoc, uti & Christi solitudinem, explicat Petrus Cellensis, qui in laudem solitudinis dicere non est veritus, eam tam fuisse felicem, ut ipsi soli concessum fuerit, videre horam, & tempus redemptionis nostræ. Solitudo vidit eum nascentem, vidit & prædicantem, vidit tot millia hominum reficientem, tot, tantisque splendoribus in transfiguratione irradiatum, morientem, resurgentem, vidit denique & Cælos ascendentem; ut adeò mirari desinam, cur ipso Nat alis Dominici Die solitudo in insolita tripudia proruperit: *Et exultabit solitudo*, utpote tantoperè à DEO amata, ut præ millenis Palatijs, Emporijs, Et Dynastijs in Christi

Psv l m.
54.

Hom. si
mile est
homini
negoti-
atori.

Js. 35.
v. 1.

Christi

Christi JESU receptaculum fuerit cooptata
Solitudo vidit protensas JESU vigiliis, ex
cepit lachrymas. & ignitis preceationibus avi
dissimè auscultavit. Ita Petrus Cellensis.

At! quid immoror? Dicere ausim, totam
Christi vitam fuisse continuam quandam so
litudinem. Totis novem mensibus latitaba
in ventre virginali tanquam in solitudine re
clusus; Natus erat in solitudine, in stabulo
videlicet à creaturis remoto. Solitudo in
infantia, dum omnimodâ fandi potentia præ
ditus, cum Maria nihilominus tam rigorosum
silentium observavit. Delituit ad usque tri
gesimum annum omnibus ignotus, tanquam
in solitudine, nec locutus fuisse legitur, nisi
tribus illis diebus, quibus Jerosolymis anno
natus duodecim cum Doctoribus disputans
in templo erat inventus. Finito triginta
annorum curriculo publicæ suæ vitæ initium
facit, prius tamen, quàm vel Evangelium an
nuntiaret, vel filium DEI, aut desideratum
Messiam se esse manifestaret, quadraginta die
bus sine cibo, & potu in solitudine transi
ctis, in silentio tam stupendo, ut nec verbum
lum protulerit, nisi quo tentantis Sathanæ
factum, & audaciam retuderat.

Et quid tres illi prædicationis suæ annos
Etiam hi continua quædam solitudo. Fr
quenter sese in montes subducebat, integras
noctes in oratione consumendo. Baptizatus

est à Joanne, effudit cœlestis doctrinæ fluentia, sed in solitudine. In solitudine panes multiplicat. Dum Divinitatem suam in transfiguratione manifestare cogitat, Montis Thaboræ solitudinem eligit tanquam aptissimum tantæ magnificentiæ theatrum. Instante Sacratissimæ Passionis suæ tempore tam diris cruciatibus se nolebat submittere, quin prius in solitudinem abiisset, ibidem de necessario robore sibi provisurus. Et cum tres discipuli comites se junxissent, etiam ab his discessit, solus æternum Patrem adoraturus. *Omnes amici mei dereliquerunt me. Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Sepelitur, sed iterum in solitudine, solus in sepulchro novo, in quo nondum quisquam positus fuerat. Dicere tandem ausim, totum illud tempus, quo post resurrectionem usque ad gloriosissimam in cœlos ascensionem in terris degebat, non fuisse, nisi solitudinem, rarò quippè aliis sese videndum præbuit, nec hoc nisi exiguo temporis intervallo, ut adeò, constricto in summam sermone, jure concludatur; semper fuisse in solitudine. Quod suo calculo confirmet S. Bernardus, qui totum hoc idcirco à Christo factum existimat, quo nos ad eandem amplectendam, & sectandam accenderemur. *Ipsè Dei Filius Salvator, & Magister noster exemplum dedit nobis fugiens in desertum, & mansit in solitudine.*

B

Noris

Noris proinde, Anima devota, omnes
Christi functiones eò potissimum collimâsse
ut nostris efformandis prototypon quoddam
præfigeretur, veramque vivendi normam edo-
ceremur: *Exemplum dedi vobis, loquitur spi-*
ritus sanctus, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faci-
atis. Unde perspicuè liquet, gratissimum
nos Christo facturos, si vestigiis ejus firmiter
insistentes eandem solitudinem & nos am-
plexati fuerimus.

Enimvero animæ cujuscumque querulosa
gultus aurem vellicant, nescientis, nec cap-
ientis hanc veritatem. Audio, inquam, vobis
indignabundè inferentem: Quod si omnes
vobis vitam eremiticam imperaverimus, sequi
iam necessariam deduci, omnes civitates
incolis exuendas, imò funditus destruendâ
esse: quo facto, totus mundus quid erit?
Respondeo: Nec tam rigorosum me credi
ut, dum te cum Christo ad solitudinem
hortor, velim hoc ipso, ut deserta Palestinæ
Arabia, aut Ægypti adeas, ubi cum Paulino
Antonio, Hilarione, & aliis degas. Ad
viam & quidem longè suaviorem te invito,
medio etiam mundo obtinendam. Scias
cessè est, plures esse solitudinum species
Aliam Anachoreticam, seu eremiticam,
hanc cæteris abstractiorem, quam prælibatam
Sancti incoluerunt, quæ est, dum non solum
à mundo, id est, ab oppidis, sed & à moribus
steris

steriis, Conventibus, & claustris religiosis in tenebricosas, & incultas terras secèditur, ubi quis omnibus ignotus, soli que DEO, & Angelicis spiritibus, quibuscum semper agatur, cognitus delitescat.

Aliam cœnobiticam, seu claustralem, sive communitatis, *Cœnobium* enim vocabulum Græcum genuina sua significatione sonat domum communitatis. Hanc ipsam domum Græci vocaverunt *Monasterium*, quod idem est, ac mansiones solitariorum, sive casæ solitudinis, quia hæ propriè significant cellam Eremitæ in Eremitorio constituti. Cœnobiticæ huic solitudini primordia dedit S. Basilius Magnus, qui una cum S. Gregorio Nazianzeno amico suo charissimo vitam quandam solitariam quasi Eremiticam, seu anachoreticam duxerat. Prîmus, inquam, is fuerat, aut certè inter primos, qui diversos Anachoretas in pluribus casis seu Monasteriis constitutos in unum redegerat, qui in eadem Ecclesia uniti Psalmos decantando, orando, Missas celebrando, DEUM laudabant, & in commune viventes regulas ab eodem præscriptas uniformiter observabant. Vitam hanc cœnobiticam latini conventualem nuncupant, Monasteria verò Conventus, eò, quod illi, qui ea ingrediuntur, ibidem in commune, sub iisdem omnibus legibus, regulis, & constitutionibus vivant.

Vocantur insuper Claustra, & hoc, quod nonnulli clausura tam rigorosa constringantur, ut quasi sepulti, mundo, & carni mortui soli DEO & spiritualibus vivant. Inde est quod Religiosi morte quadam civili mortui reputentur, quemadmodum tenet Politica civilis, & docet Ecclesiastica, quia Religiosi quasi mortui, & sepultus, incapax est successione, aut aliorum Jurium, & functionum civilium, ubi enim negotiis cœlestibus summi addicti, mundana facestant, necesse est; non debet carnalibus implicari, qui spiritualibus tractat. Ex quo vel obiter consideranti patet, quàm à recto aberret religiosus, qui integrum diem in tractandis sæcularibus impendit; quàm item perverse agat, qui identidem per plateas discurrens, pro eo, quod cœlestibus affixum teneat, summoque Cœlestis Monarchæ deserviat, Principum palatia subintrat, passim magis se aulicum, quàm religiosum contestans. Et hæc vita Cœnobitica & Conventualis, tametsi non sit adeò sejuncta & abstracta, sicuti Eremitica, seu Anachoretica, nihilominus tamen & ipsa est solitaria utpote à mundana plurimum differens. Religiosi siquidem, quemadmodum civile mundo sunt mortui, ita etiam à civili hominum sæcularium consortio sunt separati.

Tertiam denique esse solitudinem domesticam, in propria cujusque domo sæculari

in cellis, civitatibus, hominumque frequen-
tia. &c. Et hanc vivunt animæ illæ, quæ, tamen-
si domi, & in oppidis commorentur, interius
tamen compositæ DEO sese inseparabiliter
uniunt, subeuntes officium Marthæ, nec ta-
men exercitium Magdalena negligentes, con-
templationi intentæ.

Audis, Anima devota; vult DEUS, ut omnes
animæ in solitudinem, & abstractionem fe-
rantur, exemplo suo ad id prælucenti ut ta-
men omnes Eremiticam amplectentur, neuti-
quam requirit, cum vita eremica, quantumvis
sancta & laudabilis, non omnibus ad salutem
conducat, non enim, ut omnia sanctorum
gesta imitemur, sed potius ut venerabundi
demiremur, condecet. Admirandi sunt An-
tonii, Pauli, Hilariones, alii, non tamen ab
omnibus, nec in omnibus imitandi, quia mul-
ta, quæ ji fecerunt, ex speciali Spiritûs Sancti
instinctu prodierunt. Vult DEUS, ut mulieres
mirentur generosa Romanarum illarum He-
roinarum gesta, quæ, relicta Orbis primate
Româ, spreto divitiis, conculcatis honore, &
dignitatibus, ad deserta Palestinæ contende-
runt, nihil curantes etiam periculosissimos
currentis pelagi insultus, quo sanctissimi sui
Antesignani & Magistri Hieronymi vestigiis
instituræ liberiùs vitam eremiticam in rigo-
rosa quadam solitudine viverent. Vult, in-
quam, DEUS, ut matronæ sæculares mirabundo

eas oculo prosequantur, ut tamen imitentur, omninò non exigit, cùm ad tantos rigores non omnes sint vocatæ; Ita similiter non omnes vocat ad vitam cœnobiticam, quia non omnes vult religiosos, nec omnes ad religionem sunt vocati. DEUS omnes salvos cupit, non tamen omnes eodem vocandi modo. Plurimum inter se discrepant Inspirationes ad consequendam perfectionem & sanctitatem superiùs immissæ. Cùm ergò non omnes ad solitudinem eremiticam sint vocati, nec omnes ad cœnobiticam, & tamen quivis ad aliquam, necessariò de domestica intelligetur, quam diximus possidendam in medio mundo in civitatibus, villis, & propria cujusvis habitatione.

Sed ecce! denuo animæ devotæ, solitudinis inhiantis obstrepentes gemitus. Ignorat hæc, quomodo idipsum in media hominum frequentia, in ipsis negotiis, in propria domo præstari possit, causatur nescio quas difficultates, & omninò in eam sententiam abiectum factu id impossibile esse. At nimiùm es anxiosa. O Anima, ne torquetaris; certum tibi est, totum, quod diximus, in prægnantissimis etiam negotiis practicari posse. Aurem mihi paulisper mentemque præbe attentam.

Alebant sæcula præterita Virginem quandam, propter ardentissimum amorem, specialem puritatem, & virginitatem summè à Deo amata

amatam, ita, ut se eidem in sponsam electæ per frequentes apparitiones familiariter communicaverit. Hanc ejus legenda in populossissimis civitatibus, in gravissimis negotiis continuo quasi occupatam perhibet. Sed nunquid ob allatas occupationes solitudine privatam? minimè sanè. Vitam solitariam modumque in maximis distractionibus eandem conservandi ab ipsomet DEO erat edocta:

Hic vel obiter mihi consideres, Anima devota, quàm sit facilè, quàm bonum, & quàm jucundum, ubivis locorum quasi in abstracto servire Creatori, dum quis sincerè ad solitudinem aspirat.

Intuere, inquam, quàm is sit beneficus, quàm suavis, & misericors erga omnes, qui cordiali affectu ducti, in vera humilitate eum quærunt. Virgo ista, tam tenerè à DEO dilecta, erat Sancta Catharina Senensis, domesticæ solitudinis exemplar absolutissimum. Occupata erat functionibus extraordinariis, suoque sexûi & professioni omninò repugnantibus. Destinabatur, (DEO ita providente) ad obeunda gravissima religionis munia, plurimis literis idcirco ad summos Pontifices, Cardinales, Episcopos, & alios Prælatos directis, quin & ad subeundas legationes à summis Pontificibus Gregorio, & Urbano 6. coacta. Pacem cum Florentinis compositura Avenionem ad Gregorium XI. est profecta, quem etiam hor-

tata est, ut editum votum, sedem pontificiam aliò transferendi exequeretur, innuens, conuenire omnimodis, ut caput Ecclesiæ non in alia urbe resideret, quàm Romæ, quæ & ipsa Orbis caput esset. Et cum negotiorum mole indies excresceret, ob eorundem copiam, & diversitatem adeò sese defessam, seu potius oppressam, senserat, ut nec momentum sibi restare crederet, quo cum dulcissimo suo JESU delitiaretur, impossibile rata, vel minimum orare, vel utiliter cum Domino suo conversari posse.

Die quodam de tantis distractionibus, omnem præsentia divina lætitiâ impediens, coram Sponso cœlesti tenerrimè indoluerat, fiducialissimè opponens, tales functiones concedere personas sanguine claras, scientiâ insignes, magisque capaces; & hoc, quod in abyssale Divinae dispositionis scrutinium tantum temporis oculos minimè reflecteret; Non considerabat devotissima hæc anima, alias esse cogitationes hominum, alias DEI, longeque alium agendi modum esse in Curia cœlesti quàm hîc in terra. Non ponderabat, quòd

1. Cor. *infirmam mundi elegerit Deus*, personas nimirum debiliores, media fragilia, & idiotas, quibus magna operaretur, fortes debellaret, & mundi hujus prudentes confunderet. Non pensabat quòd, quæ in hoc mundo videntur despiciabilia, deserviant DEO ad retundenda, quæ appo-

rent magna. Hanc itaque desolatam dilectus
ejus sponsus, cui proprium est consolari affli-
ctos, (*& consolatur nos in omni tribulatione no-*
stra) benignissimè consolaturus invitat eam, 2. Cor:
1. 4.
ut in desertum quoddam se conferret. Ape-
rit immensæ sapientiæ suæ ærarium, eamque
mirabile secretum edocet, quemadmodum
videlicet in numerofo hominum concursu
placidissima quies, & solitudo haberi possit;
ut autem id ipsum actualiter experiretur, pro-
priis, ut ita dicam, manibus in ejus corde talem
solitudinem, & eremitorium exstruxit, tantò
abstractius, quanto nec minimo cuiquam adi-
tus patebat, quod vel infestare vel offendere
posset; exclusi erant viri, faminæ, feræ, om-
nia alia; ita, ut nec minima cogitatio sine ul-
troneo ejus consensu locum inveniret. Atque
in quod ea eremitorium pro libitu sese con-
ferre posset, ubi semper abstracta, semper in
mediis etiam tumultibus sola consisteret.
Placuit cum primis S. Catharinæ hoc docu-
mentum, tantaque deinceps suavitate, & in-
credibili facilitate eremitorium hoc frequen-
tabat, ut in mediis Creaturis quasi sola, & ab
omnibus separata consisteret, in gravissimis
negotiis externis interiùs composita cum DEO
ageret, maximoque suo solatio semper cordis
sui solitudinem, seu portatile suum desertum
incoleret.

Credo jam, Anima devota, petitis tuis
abundè

abundè satisfactum, cùm vel invita fateri de
 beas, nihil prorsus hominem in amore divini
 frigescentem ab hac sua desidia, & tepore ex
 cusare posse, cùm is tam ubique gratiosè, &
 blandè sese cordibus nostris insinuet, ut non
 nisi à volente, repelli, & exturbari valeat. (ter
 ræ)
 quàm sanctissima Virgo Catharina immens
 os, &
 ex hac sua solitudine gaudiis est delibata cùm
 quàm verborum illorum à Christo prolato tene
 rum (ubi regnum Dei intra nos esse testabat do
 veritatem vel ipsis manibus palpavit, delitio item
 sissimum quendam paradisum intra cor suu te in
 experta. dem

Fateor equidem, doctrinam hanc homin agen
 bus illis captu difficillimam esse, apud qu nò in
 omnis Spiritus exulat, nihilque Spirituale n perfe
 peritur, præter animam, quâ carnalibus de vero
 deriis suffocatâ, omninò redduntur incap hoc i
 ces intelligendi, *quæ sunt Spiritus Dei.* nimi
 millies edixero animam Spiritualibus add bus
 ctam semper esse quietam, semper Deo unita stica
 nec à quoquam hac cordis sui tranquillit plu
 privandam, confestim audactuli nonnulli, nec c
 rum Domini, Sanctique Spiritus instinctu relict
 ignari, nescio quam impossibilitatem præte com
 dent, neutiquam fieri posse, ut inter homin oviur
 & cum hominibus degentes, simul & cum D propri
 quasi in solitudine agant, nec mundi nego absco
 adeò tractari posse, ut & quæ sunt animæ, ora, f
 ferventur. Est fanè, O miseri mortales! Cracar
 vol

vobis condoleam, cum rerum spiritualium
tam imperitos vos deprehendam, ignarosque,
quid sit amare, & servire Deo. Dicite mihi,
an non frequenter, ne dicam semper, corpore
fritis in Ecclesia, corde econtra in plateis, & in-
ter rumores humanos detenti? an non ibidem
os, & labia moveatis, Deo quasi supplices facti,
cum tamen nihil minus, quam Deum in corde
teneatis, cogitationibus vestris in medio mun-
do circumvagantes? Eccur, obsecro, non
item cum hominibus negotiari possitis, men-
te interim ad Creatorem conversa? Initio qui-
dem difficultatem patietur laudabilis hic
agendi modus, impossibilem tamen esse, omni-
no inficio, utpote ab animabus pleno cursu ad
perfectionem tendentibus præstitum. Enim-
verò, si verbum hoc non omnes capiant, atque
hoc ipsum eremitorium, seu cordis solitudo
nimum videatur abscondita, nec ab homini-
bus haberi possit, secedamus saltem in dome-
sticam propriæ domûs solitudinem, exem-
plum à Bethuliensi Juditha mutuaturi, quæ
nec copiosissimis divitijs à marito post obitum
relictis, nec numerosa familia suo regimini
commissa, nec plena armentorum, boum, &
ovium possessione impediri potuit, quin in
propria domo solitudinem sibi erigeret, ubi
abscondita, & ab omnibus alijs negotijs libe-
ra, spiritualibus, & divinæ contemplationi
vacaret. *Erat autem eleganti aspectu nimis, Judith.*
refert 8. •

refert textus, cui vir suus reliquerat diviti-
 multas; & familiam copiosam, & possessione
 armentis bouum, & gregibus ovium plenos, &
 men in superioribus Domus suae fecit sibi secretum
 cubiculum, in quo cum puellis ibi clausa moraba-
 tur. Animam devotam à tumultibus se sequi
 strare cupientem nec divitiarum, nec familiarum
 tardare potest.

Quod in viduae hujus solitudine potissimum
 demiror, est tempus, quo in hanc solitudinem
 secessit. Erat tunc tempus belli, & bellum
 crudelis, ut non Judaei solummodò fuerint
 flicti, sed & ipsa Civitas Bethulia à potentis-
 mi Regis Assyriorum exercitu obsideretur.
 Cùm hostis superbiâ inflatus de obtentis
 ètorijs insolesceret, cùm moenibus à fastu
 & minaci Holoferne circumdatis nihil
 strages, & ruinæ imminerent, cum ob victu
 aquae penuriam tumultuans populus deditionem
 nem moliretur, cùm omnia armis, tympanis
 & buccis personarent, noverat hæc inter tantum
 strepitus, & rumores, inter tot pericula,
 tumultus, sese intra secretius domus suae cu-
 culum abscondere, ubi quasi omnibus milibus

Judith. superior sola divinis intenderat. *Fecit sibi*
 3. *secretum cubiculum, in quo seclusa morabatur.*

Quod ipsum admiratus S. Petrus Damianus
Lib. 8. teris suis hæc verba inseruit: *De domo com-*
Epist. 14. *nireclusorium fecerat, & in populosa urbe*
artifex solitudinem reperit. Nota hæc verba

Amor artifex solitudinem reperit, ac si diceret. Maximis licet tumultibus, miserijs, & periculis concussa, & quasi ad incitas redacta, eò redigi nequijt, ut solitæ suæ solitudinis oblivisceretur, vel in ea reperienda difficultatem sentiret, amore divino, quem in suo pectore vivacissimè fovebat, viam quasi digito demonstrante. Mirabilis planè artifex est amor, grandia præstat, difficilia quævis exantlare contendit. Quod ipsum advertens S. Ambrosius de Spiritu Sancto, divinòque ejus amore differens in hæc verba exclamabundus prorupit: *O quam mirabilis artifex est iste spiritus!* Anima vero amore inebriata mirabilia patrat, omni difficultate in quovis rerum eventu exuta in medijs, & maximis mundi tumultibus solitudinem reperit.

Nulli tamen domesticum hoc reclusorium perfectiùs possidendum concessero, quàm religiosus, qui se in proprias cellas abdere, & in perfecta quadam solitudine vivere possunt. Religiosus in cella constitutus, ab omnibus rebus mundanis liber, & abstractus, soli suo Creatori unitus, titulo longè aptiori dicitur incolere cælum, quàm terram, uti id ipsum edicere placuit S. Bernardo ad Patres Certosinos de monte Dei scribenti, dum ait; *Secundum formam propositi vestri habitantes in cælis potius, quàm in cellis, excluso à vobis toto saculo, totos vos inclusistis cum Deo.* Hinc etiam

etiam idem Sanctus affirmat, quòd stare in cella sit ipsum stare in cœlo. *Cella & cœli habitatio cognata sunt.* Iisdem videlicet delin in cella, quæ in cœlo, vigentibus; ex quibus hanc sequelam eruo: Si religiosus in cella constitutus jam tum ipsa cœli gaudia degustare consequens erit, extra illam commorante infernum quendam experturum. Addit super prælibatus S. Bernardus, Religiosum in cella sua ex hac vita decedentem difficile ad barathrum deturbari, *Moriens aut vix, nunquam aliquis à cella in infernum descendit quia à cella itur ad cœlos.* Qui ergò aetheris ædes ambit, easque in altera vita possidere contendit, cellam in hoc amet, necesse est, cellam enim gradum facimus ad cœlestia.

O quàm beata est illa anima religiosa quæ à tumultibus mundanis procul distans in sua cella commoratur! quàm verè, inquit, beata, utpote jam tum quasi in cœlo collocata.

Sed Ecce! & hîc dubij quidam anfractus: scire non nemo desiderat, quidnam exercitium in cella arripiendum? Respondere possem; quod si ex dictis cella sit quasi cœlum, necessario quod in cœlo, id ipsum in cella faciendum, quod in cœlo, Deum nimirum laudandum, omnes contemplationes cœlestibus intendendas, Divinitatis majestatem, magnitudinem, amorem, omniaque ejus attributa, & infinitas perfectiones contemplandas. Dicam porrò: Nostine

ma, quid in cella faciendum? Dominum tuum
expecta, & ad pedes crucifixi prostrata stu-
diosissimè attende, quid Deus ad cor tuum sit
locuturus; alloquere Dominum tuum, hu-
millimè in ejus Divinam dispositionem te re-
signando; quidquid injunxerit promptam te
exhibito, & dicas: *Loquere Domine, quia au-* 1. Reg.
dit servus tuus. Certum enim est, quod, quan- 3.
do Deus vult omnia loqui, eam in solitudi-
nem, in locum abstractum & ab alijs separatum
trahat: *Ducam in solitudinem, & loquar ad cor* Osee 2.
ejus. In plateis invenitur Dæmon, in cella 14.
Deus; in multis conversationibus coagulan-
tur millena peccata, in solitudine comparan-
tur virtutes.

Hic tamen observes velim, Deum per
Prophetam prius promittere, quod velit ani-
mam immensæ suæ munificentiae lacte irrorare:
Lactabo eam, idem tamen Divinæ benedi-
ctionis lac non impertiturum, nisi in solitudi-
ne: *Ducam in solitudinem, & loquar ad cor*
ejus. Unde liquet, solitudinem divinarum
consolationum pelagus quoddam immensum
esse, & inscrutabile, ubi Deus animas conso-
latur, & viam Spiritus edocet, placidissimè ad
earum corda loquendo. Videmus hoc totum
in Sacra Scriptura cum Patriarchis sapius facti-
tatum; Moyse, siquidem colloqui gestiens,
expectat, quousque cum suo grege interiora
deserti subintrâisset, tum demum è rubo eum al-
loquens;

loquens; pariter & legem eidem daturus motem prius conscendere jubet. Et ubi Deum Joannem est allocutus? non sanè, nisi in deserto.

Luc. 2. *Factum est verbum Domini super Joannem Zacharie filium in deserto.* Cithara sonat tanto dulciori aures tuas fricabit, quanto alijs fueris remotior. Colloquia Divina inspirationes supernæ non sunt aliud, nisi Cithara quædam suaviter ad cor animæ devotè resonans, quam tamen non audiet, nisi à Creaturis, & tumultibus mundanis sequestratis, Aures suas à turba longissimè retrahat necesse est, qui spiritui, devotioni & contemplationi vult auscultare.

Lib. 1. *Qui intendit ad interiora & spiritualia venire, oportet eum cum Jesu à turba declinare.* ait devotissimus Thomas Kempensis, in vita legitur, nihil vellinqua, vel scripto tradidisse, quod non ipsemet fuerit executus. pius cum suis confratribus agens, cum à sponso interiùs se vocari sensisset, ab eis se cubiculo suo accurrit, dicens: *Charissimi fratres, oportet me secedere, est enim, qui in me expectet.* Et, quid multa? Fixum, ratum & immobile manet oraculum Divinum, quod Deus in solitudine colloquatur animæ: *Et ego in solitudine, & loquar ad cor ejus.*

Osee. 2. In cella opperiebatur Dominus Thomas nostrum, ab alijs separatim voluit, ut Divinæ Bonitatis participem redderet. In cella

mi Religiose Deus exspectat, non est, cur
ejus inveniendi nimium sis sollicitus, cellam
adi, in hanc te reclude, & inuenies. Unde
desumere potes anima devota, quàm religio-
sus erga suam cellam, sæcularis verò erga cu-
biculum suum inardescant.

Bonum aliquod desideras? Reclusorium
tuum ingredi, & omnis boni officinam ha-
bes. Sentisne vitiorum spurcitie te detur-
patam? En tibi! Lavatorium, quo amif-
sam Creatoris imaginem frequenti virtutum
exercitio reformes, & restaures, ut inde me-
ritò cum S. Basilio exclamare cogaris: O cel-
la cœlestis exercitij mirabilis officina! in qua
certè anima terrena Creatoris sui imaginem
in se restaurat, & ad suæ redit originis puri-
tatem. Hic, in mansione obserata, inter ar-
dentis orationis flammias cordis sui labia re-
ferat ad delibanda cœlestium gratiarum
fluenta. Hic ad sacratissimum crucifixi sui
Iesu latus confugiens, inde confestim suavif-
simis Virginis Mariæ uberibus appropians,
si viam spiritus recenter est ingressa, si in de-
votione infans adhuc est, & tenellula, accur-
rit Mariæ, dulcissimo ejus lacte inebrianda;

Quòd si jam grandiuscula, si in spiritu
fortis, & radicata, novum robur accipit à
sanguine sacratissimo è crucifixi latere pro-
fluente, unde ad sustinendas Dei amore inju-
rias, ulteriorèsque misérias generosior, con-
stantior,

C

stantior, & ad subeunda certamina robustior efficitur.

Plus edisces, Anima devota, magisque virtutum palæstra proficies, si in domo fueris reclusa, quam si famosissimas quas totius Orbis Academias frequentaveris. Vita solitaria insignis est Magistra, hanc ad hanc incolas, & disces omnes scientias. Cialiter verò cœlestes: *Solitaria vita, inquit S. Basilius, cœlestis doctrinae schola est, ac sanctorum artium disciplina, illic Deus edocet, & aperit, & aperitur, viam, quâ tenditur.*

Pictores, quo perfectiorem imaginem efforment, loca separata eligunt, ut non turbati collecti sint, & à distractionibus immunes. Ergò & anima desiderans in corde suo spiritualia exercitia præclaros virtutum pingit, aut pulcherrimum Divinitatis portum typon peccatis suis defædatum reformare depingere, in locum separatum secedat, ut votis fruatur; quantò sensibus fuerit non evagata, tantò ad colloquendum Deo attentior. Spiritus animales facillè per fenestras diffuunt, totum tu occupant, & dominaberis sibi ipsi, erisque collecta tota Divina. O quàm fœcunda, quàm preciosa petenda est ista solitudo! Hic summa tranquillitas obtinetur, quæ omnis gratiarum abundantiam parit. Perpende nunc, O Anima, quàm necessarium sit exercitijs spiritibus

bus invigilare cogitanti, ut ab alijs secedat, & solus permaneat.

Quid enim per isthæc exercitia intenditur, quàm exactam cum Deo rationem inire, defectus investigare, peccata, & debita cum Deo contracta discutere, modum satisfaciendi, iterumque in gratiam redeundi indagare? Debitor creditori suo rationem redditurus solus in cubiculo calculos subducit, ita & anima, solitudinem suam ingressura, deque acceptis beneficijs computum factura, ab alijs se abstrahat, secus finem suum minime obtentura. Viduam imitetur oportet, quæ Camera se inclusit, priusquam vasa oleo adimpleret; Ita & anima divinæ benedictionis oleo adimpleri cupida in cubiculum suum secedat.

Quòd studere virtuti, perfectioni, & spiritui incumbat omnibus Christianis.

Homo, mundanis reculis implicatus, non percipit ea, quæ sunt spiritus. Iniquus virtutum est arbiter, qui vitijs altum immersus jacet. Creatorem ignorat, cujus pectus creaturis est affixum. Qui consideraverit, quàm parum Deus ametur, eique deserviat, perennibus lachrymis eluendum fatebitur. Magnum profectò, & propè portento-

tentosum mihi videtur, quòd homo credit
 Deum esse unicum & solum bonum, & ta-
 men, ut passionibus suis adhæreat, suasque
 inclinationes sectetur, aura tam levi ab ipso
 amoveatur. O excæcatos mortales! qui
 Creatorem amore creaturæ deseritis, oculi
 semper in terrena defixis, ne cœlum suspicere
 cogamini. Quomodo O Deus! est possi-
 bile, ut stimuli divinæ gratiæ debiliores ap-
 pareant incitamentis mundi, & stimulis car-
 nis? tam enim frequenter, & toties videmus
 illos ab istis devictos, quoties homines se-
 cularitati magis obediunt, quàm inspirationi-
 bus divinis. Facessat mihi talis anima, ne
 dicat, se amare Deum, cùm veritati omnino
 sit dissonum, immò impossibile, ut amor
 divinus, simul & mundanus in eodem corpore
 cohabitent; non est *conventio Christi ad ter-
 rialia*, neque ad cœlum aspirare potest, qui ter-
 ræ semper est agglutinatus. Adeò distans
 mundi amatores à spiritu & amore divini
 ut de spiritualibus verba facere, loquaci-
 sit, intellectum eorum transcendens; distans
 rere de virtutibus, materia nimis obscura
 Tentas; loquere de virtutibus, aures
 bebunt, & non audient. O magnam animi
 mundum amantis cœcitatem! Quo cœcitas
 ista misellulas, & propè deperditas non
 ducit? Moneantur de spiritualibus exerciti-
 tibus, inculcetur devotio, pietas urgeatur;
 reponatur

reponent: Religiosorum hoc esse; obtrudent insuper, vitam spiritualem illis duntaxat convenire, qui à mundo abstracti, in claustra sese recludunt, nec hilum de mundanis ultra somniantes, hos ergò posse, & debere spiritualibus exercitijs, & devotioni invigilare, suo foro nequaquam competere. Proh insensatos talium discursus! Non vident eo ipso, quod anima ritu Christiano sit initiata, ad vitam Christianam se teneri. Exiit Christianum, qui Christi vestigijs non insistit, ejúsque mandatis non obedit; omnibus absolute, & indifferenter pro ultimato cujusvis fine proposita est imitatio Christi; ipsomet contestante: *Exemplum dedi vobis, ut quem- Jo. 13. admodum ego feci, ita & vos faciatis.* Omnes 15. ad unum & eundem finem colimamus, qui non est alius, quàm aeterna beatitudo. Verum quidem est, non omnes eadem incedere semitâ, ast omnes secundùm propriam cujusque vocationem, unde omnes viæ invicem conveniunt, quæ, licet diversæ sint, sunt tamen eadem ratione virtutis, ad quam quælibet dirigere debet, secùs animas ultimo suo finæ, qui est Deus in gloria, frustratura. Ex quo indubitata sequela resultat, omnes videlicet, tam religiosos, quàm sæculares, ad virtutum, & pietatis studium teneri. Negare tamen nolim, illos, utpote specialioribus beneficijs à Deo præventos, vi votorum & vocationis

cationis suæ teneri majori feruore, spiritu, & devotione insudare acquirendis virtutibus, & omnibus alijs exercitijs, quæ ad maiorem perfectionem iuvare possunt, ut adeò talis vocationi suæ non correspondentes merito severiùs à Deo castigentur, vanaque salvationis spe se ablactent, qui exactam vocationis suæ rationem negligunt, æternæ gloriæ nunquam participes futuri.

Religiosi vi vocationis tenentur plene amare, & servire Deo, quàm sæculares, quod quidquid non nemo in contrarium forsitan clamet, vocatio ad religionem semper singulare Dei donum. Si religiosus pereat & damnetur, non in vocatione, multò minus in Deo est defectus, sed in ipsomet religioso, Dei gratiæ cooperari nolente, si enim & corpore, & affectibus intra religionis se consisteret, minimè periret. Deus à mundo eum abstraxit, qui si interiùs semper in mundo vagetur, quid culpæ in Deo? sublatum Deo opitulante à naufrago hujus mundi oceanum, & ad tranquillum religionis portum traductus, si ergò portum deserit, si religionem relinquit, si ultrò sese, & de novo in turbulentum mare præcipitat, quid mirum, si mergatur, & pereat? Ratum igitur, fixumque manet, quòd religiosi magis, quàm sæculares ad spiritualia obligentur, negotium inde probari, sæcularibus ullum est

giam patere, cur non & ipsi ad virtutum augmenta, & exercitia spiritualia sint obligati, cum in ratione virtutum æqualis omnium sit obligatio, æqualis utrumque, tam religiosum, quàm sæcularem, præceptio ligat, utrique à Deo dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum, & proximum sicut teipsum.* Cuiuslibet incumbit refrænare passiones suas, castigare carnem, contemnere sæculum, tentationes vincere. Vita virtuosa est vita Christianorum non solummodo religiosorum. Christus Evangelium suum omnibus, & singulis prædicavit, omnibus loquebatur, cum virtutum, & pietatis leges conderet, & doceret, ergò & omnes obligabuntur. Non tantum religiosi dixerat: *Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est,* sed omnibus suis sequacibus id inculcavit, omnes ad sectandam perfectionem hortabatur. Nec est possibile, ut anima ad normam vitæ Christi incedat, si in ejusdem virtutibus se non exercent.

Quid ain, anima spiritu destituta? An non eadem virtutis exercitia Deus à sæcularibus exigit? recolamus paulisper ejus præcepta, periclitemur, num quâ in eis gaudeant exemptione. Dum dixit: *Diligite inimicos vestros,* an non omnes est allocutus? an non quilibet tenetur inimicis dimittere? Dum dixit: quod de quolibet verbo strictam rationem

tionem in die iudicij sit exacturus, an no-
 omnibus hunc terrorem incussit? Doctores
 mihi sistito, qui doceat, solis religiosis, no-
 item sæcularibus de verbis otiosis redder-
 tam esse rationem. Dum lege sanxit, unum
 solum Deum esse adorandum, dies festos sa-
 ctificandos, parentes honorandos, Nomen
 Dei in vanum non assumendum, non occi-
 dendum, non furandum, non fornicandum
 non falsum testimonium dicendum, alteri
 bona, & uxorem non concupiscenda, non
 quid omnes est allocutus? omnes omnino
 & hinc ab omnibus est observandum.

Quando beatos illos promulgavit, qui
 lugent, qui persecutionem patiuntur
 Quando edocuit, quod semper sit orandum
 semper vigilandum &c. Omnes profectus
 omnes, inquam, nullo excepto, tetigit
 quod si exceptionem intexere contenderent
 mox ego subinferam: Cùm in die iudicij
 eturus est: *Venite Benedicti Patris mei, po-*
nete paratum vobis regnum &c. Locutus
 esse cum solis religiosis, & non sæcularibus

Quod cùm contra torrentem vergat,
 passim constet optatissimam hanc ad æternam
 præmia vocationem ad omnes justos di-
 gendam, consequens etiam est, ea, quæ ad
 licitatem sunt necessaria, omnibus indiffe-
 renatim esse observanda, utputa: Virtus
 & pietati operam navare, totum se spiritibus

libus dedere, vitia extirpare, mundo, carni,
& Diabolo pro virili resistere.

Quàm necessaria sint exercitia pro sustentatione anima.

Quemadmodum corpus cibis terrenis sustentatur, ita anima operibus spiritualibus, seu totidem deliciosissimis ferculis fovetur, & confortatur. Et, O quàm fercula ista terrenis sunt præferenda! Hæc siquidem mortale corpus enutriunt, vermibus tandem in escam, & in suum nihilum reversurum, illa in longam æternitatem conservant animam æthereas ædes inculturam. Cibus corporalis est corpori in mortem, spiritualis est animæ in vitam. Corpus fragile est, caducum, mortale, modico flatu deijciendum, tot calamitatibus & infortunijs subjectum, omnibus miserijs in sagittam positum, & licet quinque nobilissimis sensibus cernatur præditum, ij ipsi tamen plus ornamenta sunt animæ, quàm corporis; separa animam à corpore, & nihil erunt sensus illi, cùm in operando totaliter ab anima dependeant. Anima econtrà tota spiritualis est, & immortalis, nobilissima creatura, remota ab omni vili materia, creata à Deo, ut æternùm vivat, facta ad imaginem Creatoris, præcellentissimis condecorata ornamentis, Dominæ trium illarum potentiarum, Memoria,

Intellectus & voluntatis, potentiarum ^{capax} nobilium, ut earundem adminiculo ^{rem} ipsiusmet Divinae Majestatis contemplati ^{depl} nem elevetur. Capax aeternae beatitudinis ^{is} & digna, quae ipsummet Deum in se recipiat ^{ip} *Delib. Homo Dei capax est*, inquit magnus Augustinus. *negl* Hæc tantopere à Deo aestimata, ut ^{fra} creatæ Angelus in custodiam assignetur, ⁱⁿ *arbitr. lib. 1. c. 17.* elevata, ut, eodem Augustino teste, solo ^{De} *ri,* ^{ac} excepto, majorem non agnoscat: *Ratione* ^{ri,} *&* *mente nihil est præstantius, nisi Deus.* Tam ^{qui} nerè à Deo dilecta, tantumque aestimata, ^{perv} ipsemet Dei filius sordes ejus abstersurus ^{anim} cælo in terram descendere, carnem assumpsit ^{ut ta} re, funesto crucis patibulo affigi, ipsam ^{et} *ctum* ^{que} *ria:* ^{idcirco} *omnium acerbissimam, quò illa* ^{et} *eretur felicior.* ^{Æternis} *porrò flammis* ^{catif} *dicta, & Diabulo propter peccatum in* ^{ma} *habitu* ^{cipium} *tradita præstantissimis sanctissimis* ^{dura} *mortis, & passionis Christi Jesu meritis* ⁱⁿ *meri* ^{bertatem} *vindicata, & in regni cælestis* ^{solli} *hæredem est assumpta, gaudijs illis, ad* ^{velin} *primitus erat creata, denuò quàm deliciose* ⁱⁿ *simè fruitura. Et quid multis? Adeò* ^{& in} *exardescbat Amor divinus, ut, si Sancto* ^{cessa} *tonio cum alijs Theologis credimus, par* ^{corp} *rit conditus: Propter animam factum est* ^{id} *elum empyreum; Cælum empyreum potius* ^{tutil}

Fer. 2.
Pente.

rum tu pro anima, quàm pro Angelo. Et tamen, ah
iculo rem amarissimis lachrymis nunquam satis
mplari deplorandam! tamen in dies experiri, ocu-
titudinis intueri, manibus palpate cogimur, hanc
recipi ipsam tam nobilem creaturam à mortalibus
Augustinus negligi, despici, spirituali suo alimento de-
ta, ut fraudari, & quantum in ipsis est, trucidari;
etur, in corpus autem tam abjectum tantâ curâ fer-
solo Dei, adeò excoli, exquisitissimis ferculis enutri-
Rationari, & ut clariùs dicam, videre tam paucos,
Tam qui seriò ad perfectionem tendant. Tam
mata, perversum agendi modum non satis capio, ò
ersurus anima devota, quomodo enim fieri potest,
n assum ut tanti æstimetur corpus naturâ suâ despe-
ipsam etum, ex abjectissima & putrida terræ mate-
ancipria: *de limo terra productum*? Unde, obse-
ò illa etro tantus sollicitudinum cumulus, ut despi-
ammissa catissima hæc gleba sustentetur, nullâ prorsùs
n in ma habitâ curâ de nutrimento animæ æternùm
antissim duraturæ? Corpus, inquires, sine cibis susti-
ritis in neri nequit, & hinc de eo reficiendo tanta
celestis sollicitudo. Probè respondes. At, scias
is, ad velim, & animam cibo spirituali summo ope-
delicio re indigere, quo in Dei gratia conservetur,
deò in & in virtutibus proficiat. Utrique ergò ne-
sancto cessarium alimentum præbeatur, corpori
us, para corporale, animæ spirituale. Corpus sin-
ngelo gulis diebus non semel, sed sæpiùs reficitur,
tum est idem & animæ fiat, non semel duntaxat vir-
potius tutibus, & exercitijs spiritualibus invigilan-
do,

do, sed sapius, frequenter sese in actibus militatis, amoris Dei, mortificationis exercitando. Eadem diligentia, & amantate utatur homo pro sustentatione animæ quâ pro refocillando corpore.

Enim verò, disquiramus paulò intimas sollicitudines pro corpore susceptas. modò providetur illi in dies singulos, aliquoties per annum instituuntur lautiora convivia, cibi delicatiores conquiruntur ut suo onere nonnihil relevetur, varias recreationes excogitantur.

Idem & in anima observetur. Fiant singulis diebus consuetæ devotiones, exercantur actus virtuosi, instituuntur exercitia ritualia, cibus ordinarius spiritui præbeat quibus adde: (certis saltem temporibus) lautiora convivia, varias recreationes, ut vita, majorem in spirituali profectu ferventius intensiorem devotionem, frequentem communionem, actus virtutum mortificationis humilitatis &c. quod in cœtibus religiosissimis laudabilissimè observari cernimus, ubi sublevanda simul & refocillanda anima ille est introductus, ut decendiali exercitiis ab alijs semoti tamquam in solitudinem ingressi Deo vacent, ex qua intima cum Deo unione, cui toto illo tempore unice intendunt, delicatissimum pabulum animæ præparent, internisque animæ consolationibus

irrorati magnum sentiunt levamen non sine
immenso virtutum augmento.

Capisnè, Anima devota, ad hoc, ut exer-
citia tibi prosint, ut in amore divino crescas,
necessarium omninò esse, à mundo te subdu-
cere, terrena despiciere, omnémque affectum
ad ea seponere? frustra sanè spes nostras ca-
ducis & perituris affigimus, *Nonnè*, inquit
istorum omnium expertissimus Augustinus,
nonnè spes nostra non est de hoc seculo? Non
amemus seculum, ab amore seculi hujus vocati
sumus, ut aliud seculum speremus, & diliga-
mus. Et, si unquam ab amore præsentis sæ-
culi ad Dei amorem avocamur, tunc sanè
perfectissimè invitamur, cum cordibus no-
stris ardens desiderium ad decendialem fe-
cessum infunditur, tum siquidem anima &
corpore, & spiritu à mundo discedit, ut, ma-
gis magisque in virtutibus profectura, majori
contemptu in eum exardescat, cœlestique
contemplationi dedita ardentiori studio fu-
tura inquirat, tota deniq; amore erga Deum
inflammata aliud præter ipsum non amet, o-
mnes actiones, mortificationes, & alia virtu-
um exercitia eo dirigendo, ut ei soli modo,
quo potest, perfectissimo uniatur. Secùs qui
eccecit, aliudque præter Deum quæsiverit,
nec refocillabit, nec recreabit animam, sed
otius insolito quasi rigore frustra consumet,
tote cibo illo summè necessario, qui unicus
& solus est Deus, destitutam.

Præ-

Serm.
39. de
verb. D.
in Joan.

Prænotanda quædam in oratione ad facienda exercitia.

Vidisti, Anima devota, dum ad solitudinem invitaris, non vocari te ad desertum Arabiæ, Scythiæ, aut Ægypti, sed cordis duntaxat, seu potiùs cubiculi tui solitudinem. Non sunt tibi exantlanda sæcula aut anni, sed decem solummodò dies, quæ ab alijs sejuncta totam tuam conversationem cum Deo instituas, tantò in spiritu proficiora, quantò ab alijs fueris remotior. Sic *Prov. 8. 31.* delicia Dei sunt, *Esse cum filijs hominum,* quam id congruentiùs dixeris, quam si fuerint soli; nec finem tuum Deo inseparatè convivendi obtinebis certius, quam si omnibus alijs te subduxeris, tum enim solas reperit animas, socium se præbet, cissima miscet colloquia, & (ut paucissimè) in statum tam felicem eas collocat, quod re meritissimo affirmare ausim, in conversatione tunc conversatione futuras, utpote conversatione cum Deo, & curia cœlesti conversatione quod ut feliciùs cedat, regulas nonnullas servatu necessarias præfigemus.

Prima regula est, ut priùs habeatur licentia à suis superioribus, si religiosus sit, si secularis à confessario, plurimùm quippe solitudinem istam confert talis benedictio, quò capacior sit ad percipiendam cœlestem benedictionem.

benedictionem; ut taceam, quod opera virtuosa ex obedientia facta longè sint fructuofiora, quàm quæ ex proprio cerebro, aut voluntate pullulant.

Secunda Regula. Optimè fiet, si quis patris sui spiritualis ordinarij, vel extraordinarij obedientiæ se submiserit, qui suâ prudentia cuncta disponat, edoceatque, quid singulis momentis faciendum, quales mortificationes arripiendæ &c. nihil omninò sine ejus præscitu, & benedictione peragendo. Probè tamen hîc obserues velim, obedientiam præstandam, non promittendam esse, quia promittere, quòd velis obedire patri spirituali, & postea facere juxta tuum modum, contrariatur regulis Spiritûs Sancti. Oportet insuper, ut cum Directore isto perquam confidentissimè agatur, totum cor, & omnia interiora fidelissimè aperiendo, & hoc, quòd in istis exercitijs graviores subinde tentationes exurgere soleant, cum enim dæmon advertit, quòd anima divinis totaliter sit addicta, omnem lapidem non movet, quo eam suis technis à solitudine avocet, quemadmodum S. S. Patribus antiquitùs contigisse legimus. Omnes idcirco tentationes, & passiones internæ manifestari debent, quia Diabolum nihil magis excruciat, quàm si propaletur, ut adeò tum potissimum fugiat, animæque amplissimum spatium relinquat,

linquat, securiori gradu ad perfectionem tendendi, cum fuerit manifestatus.

Tertia Regula. Consultum est, per decennale sæpius confiteri, & communice. Nonnulli singulis diebus ad sacrum epulum accedunt; & benè: cum enimescussus istius primaria intentio sit, ut quis separabiliter Deo uniatur, prudentissimè haud dubiè fecerit, qui omni die eundem requirit, quò securior sit de ejus sub specie Eucharisticis divina præsentia, eiq; vicin

Et, si exercitia hæc instituantur, ut in tutum, & perfectionis via magis solidetur, nullum sanè ad id consequendum præsertius erit medium, quàm frequens Christi in sacra communione susceptio, cum in omnibus alijs prævaleat, solùmque sit, & cum cordis humani robur atque solidetur. Alij ternis vicibus communicant, primo, tertio, & sexto die. Alij semel tantum, in quibus omnibus juxta directoris positionem procedendum erit. Ego ad nimium bis necessarium judico, primo, tertio, & ultimo die. Primo ad efflagitandum à Deo opem & assistentiam pro felici successu, ultimo, ad Domino Deo gratias referendas pro felici fine, & gratia ac auxilio concesso.

Quarta Regula. Summè proficua sedula exercitatio tum in refranandis in

nis passionibus, tum in mortificandis sensibus externis. Statuatur fœdus cum corde suo mortificandi se in omnibus, adhibendi omnem conatum in compescendis motibus internis nunquam irascendi, impatientiæ motibus nunquam condescendendi, ubique, & in omnibus eosdem coercendi. Idipsum præstabit in sensibus externis; modeste incedendo, nulli objecto intendendo, nisi sit de Deo, aut tale, quod ad Deum perducatur, non loquendo nisi necessaria, & decretoria, quàm velit in omnibus indagare Dei gloriam, amorem, & obsequium; nullis denique, nisi spiritualibus, & ad salutem animæ conducentibus, colloquijs auscultando.

Quinta Regula. Optimum insuper erit, dictis mortificationibus addere alias extraordinarias, ut: facere disciplinam bis, aut ter; semel aut sæpius gestare cilicium; jejunare vel singulis, vel ternis diebus, aut saltem quoties, & quantum ejus complexio permiserit, abstinere ad minimum ab illis escis, quæ palato magis arrident, easque comedere, ad quas appetitus minus fertur. Carere subinde vino; aquam in honorem sui crucifixi bibendo &c. omnia tamen ex arbitrio, & præscripto directoris, sine cujus consensu, & præscitu nihil prorsus faciendum. Nec est, Anima devota, cur timidis cogitationibus exagiteris, inaniter formidans, ne forsan

D

morti-

mortificationibus istis nimium debilitatis dicitur: *times enim, ubi non est timor*: mortificationes cum prudentia, & ad normam obedientiae factae, corpus non laedunt, & posito, quod non parum aliquid molestiae sentires, nihil officit, cum infensissimus, & capitalis tuus inde exerceatur, mortificetur, & clapsa getur, illaeque mortificationes, quae non nihil debilitant, animae maximum afferant. Scias porro, quod si spirituali affectui inhies, non esse ullam causam, fortitudine corporis sollicita sis, quia macilenti corporis pondere anima gemit, quae pennas capiet, quibus suis, & intellectus operationibus ad actionem evolet, si illud mortificatum, pressum fuerit, quod ipsum voluntati que plurimum conducet, quo superna feratur, ubi amore divino ta inconsumptibili illo Deitatis igne nunt ardeat.

Sexta Regula. Cum secessus iste tutus sit ad debellandos hostes animae, mandas passiones, & vitiosas inclinationes necesse erit, ut totam suam vitam, affectus, & inclinationes, & speciatim quibus potissimum se infestari sentit, tium illud, in quod frequentius labitur, diosè dispiciat. Hinc singulis diebus borabit, quo eas imminuat, indefessè

debilitatis decertando; si enim toto hoc decendiali
ortificata anima nullum alium profectum hauriret,
inobediens quàm, quod vel unicum vitium, aut passio-
noso, nem extirparet, plurimum sanè profecisset.
, nihil Priusquam noctu in lectum concedat, calcu-
italibus los subducat, quoties in vitium illud pro-
ur, & lapsa fuerit, aut quoties idem superaverit;
quæ copro victorijs Dominum Deum benedicat, pro
imum defectibus veniam humiliter imploret, in-
irituali junctâ sibi met aliqua pœnitentiâ: linqvâ v. g.
usam, et tot cruces in terra aut cinere formando, &c.
, qui annexo efficaci proposito, vitium illud po-
na opstera die non committendi. Hic tamen ad-
us affectus velim, Anima devota, si fortè lapsa
as ad fueris, ne nimium te affligas, aut excrucies de
tum, commissis (quæ suppono venialia fuisse) sed
untati dolorem habeas dulcedine mixtum, nimix
velociter quidem anxietates non rarò in virtutum
o inflantugmento plurimum officiunt, talesque de-
igne lectus nonnunquam à Deo permittuntur ad
majorem humilitatem. Humilia te, sed in-
us iste tra limites tranquillitatis; confitere tuam
nimiam miseriam, sed confide in tua bonitate, te
clinatio ost hac non peccaturam. Ut taceam, ni-
, omnia as afflictiones in parvis non rarò magis ex-
ciatim more proprio, quàm erga Deum provenire.
ntit, et Septima Regula. Plus hoc tempore tri-
abitur uatur orationi mentali, quàm vocali; si ve-
diebus vel ob indispositionem, vel ob aliam cau-
fese cum m non posset vacare mentali, rectè voca-
lem

lem arripiet. Singulis diebus sacrosancti
 Missæ sacrificio devotè intererit, sumptibus quo a
 ties sacra Eucharistia, quoties ei fuerit dispensa
 cessum. Illis diebus, quibus non communitur, non
 cabit sacramentaliter, communicet spiritus sanctus
 liter juxta Directoris sui dispositionem. Singulis
 gulis diebus leget librum spiritualem modum
 Directore assignatum, quia sacra lectio lectio est
 ximum quoddam adjumentum est spiritus sancti
 profectus, perit quippè lumen devotioe de die
 nisi alatur oleo lectionis; & quemadmodum ita
 anima, dum orat, cum Deo loquitur, ita
 spiritualiter legit, Deus cum ipsa loquitur. In
 In particulari nullum librum assigno, sed generalem
 men cautum velim, ut quilibet talem quidem
 gat, qui spiritui deserviat, magisque devotionem
 votionem moveat. Optimi sunt: R. P. Ludovici
 R. P. Ludovici Granatensis, S. Francisci Sales, &
 sales, & in specie Thomæ Kempensis bellus de
 bellus de imitatione Christi spiritu unum quippe
 que exuberans, Item certamen spiritus sancti
 Laurentij Seupuli.

Octava Regula. Mentaliter orationis minimum
 minimum ter per diem. Manè cum primum
 xerit, meridie ante vespas, & vespas, & vespas
 perdet tres horas pro singulis unam, & vespas
 tem pro ratione temporis, modi, & vespas
 corporalium tres dimidias. Meditationes, & vespas
 erunt prout infra dispositæ; quatuor meditationes
 purgativa, tres pro illuminativa, & tres requiescunt

unitiva, aut aliæ devotæ, & ad intentum, de quo agimus, proficuæ, prout Director ejus fuerit disposuerit.

Nona Regula. Singulis diebus ratio-
net spiritus suæ conscientia disquiret; Ante pran-
tionem diurnam, discutiendo tempus matutinum, quo-
ualem modo exercitia successerint, quinam defe-
a lectio commisi, quæ negligentia &c. Et ve-
est spiritus, singulos dies conferendo, an gradatim
devoide die in diem profecerit, an defecerit; pe-
madmittit iterum pro culpis veniam, factoque propo-
itur, ita fito, majori fervore & diligentia Deo post
osa loquac serviendi; quod si profectum advertente-
signo, fit, gratias Deo agat, à quo totum promanat,
ralem quidquid boni in nobis invenimus.

Decima Regula. Omnia negotia toto
sunt: hoc tempore adeò sunt seponenda, ac si quis
Francæ extra mundum degeret. Cogitet, majoris
ensis tunc momenta negotia nunc tractari, quàm
itu unum omnia in toto mundo esse possent: agitur
en. spiritus quippè salus animæ, & inicitur ratio conse-
quenda perfectionis, quibus meritissimò to-
ter orbus mundus postponatur, plus enim obtinue-
nè cum is, si gratiam divinam consecuta fueris,
vesperis quàm si mille mundi tibi obtigissent. Quòd
am, a, vel charitate, vel necessitate urgente, loqui
di, & debueris, quàm potueris te citissimè expe-
Meditas, nec facile ad quosvis discursus te intro-
natuor mittas, cum hi divinos impedire soleant.
a, & frequentissima eris in elijciendis actibus amo-
ris

ris erga Deum, fundendis que precibus in
latorijs, quibus quasi totidem ignitis jac
cor divinum ferias.

Undecima Regula. Conducet
mum præter B. Virginem Mariam etiam
sanctos & sanctas feligere, quibus negot
tuum impensè commendes, obsecrando
omnes tuas actiones, & opera Deo ob
dignentur, medium non sine maximo
lumento ab in Spiritu perfectissimis
ptum; Cùm enim pauperes simus in
mundo, & ope illorum, qui divitijs Spi
& sanctitatis abundant, quales sunt illi
cti, summoperè indigeamus, consulti
utique erit, eisdem nos commendare.

Duodecima Regula. Expediet de
nocte diem præcedente, quo exerciti
choaturi sumus, in quibusdam virtuosis
bus sese exercere, ad Deum se convertere
inclamare: Quando nam tenebris effu
radij Divini Solis mentem meam collu
bunt? Ah! Deus meus! cupio, & ex
mo cordis mei voveo, omnes vitiorum
bras eliminare, ut te Deum meum, Sole
cidissimum intueri liceat. *Voca me De
in admirabile lumen tuum Anima mea
rat te in hac nocte.* Suspiro, & anxie
cto tempora secutura, quibus inventa
*De mane vigilabo ad te, quæram, quem
anima mea.* Concede O benignissime

ut inveniam, omnia opera, omnes gestus, omnes cogitationes unicè eo colimant, ut te inveniam, te amem, & tibi serviam. *Illumina cor meum bone Jesu, ut non obdormiam in morte, sed vivam in splendore gratia tua.*

Dictamina, & maxima spirituales sepius ab Anima in secessu perlegendæ, quo facilius Deo se dedere & Divinis intendere possit.

Homo è limo terræ formatus adeò vili huic materiæ inhæret, ut vix unquam ab ea separari posse videatur; & quia identidem in hoc suum principium oculos reflectit, magnam difficultatem sentit, in contemplandis ijs, propter quæ creatus est, nempe cœlestibus. Licet enim immediate, & principaliter anima creata sit, ut æternùm in cœlo fruatur Deo, secundariò tamen etiam corpus, tametsi terrenum, ad perfruenda hæc ipsa gaudia creatum est, cum post resurrectionem corpus animæ unitum æquè ac ista cœlos ascendet, illisque bonis & illis donis perfruetur, qua anima eidem communicaverit. Unde omnimodis advigilandum, O Anima, ut hominem istum à terra semovere contendas, quatenus Deo adjungatur. Et cum perspicuum mihi sit, hominem ratione præditum esse, clarè quoque cognosco, vires

rationis eò excurrere, ut eundem à mun
 abstrahere, & Deo unire possint, quia tan
 diversis objectis distractæ Conditorem su
 non nisi subobscurè intuentur, & vi quali
 eundem revocari debent, operæ pretium
 facturum credidi, si nonnulla spiritus di
 mina, & maximas virtuosas proponer
 quarum lectione anima (cujus primarium
 tentum in decendiali hoc secessu est,
 actus virtutum & mortificationum à mu
 se sequestrare, Deoque unire) ad amplex
 das virtutes, mundi contemptum, & an
 rem Dei permoveatur; atque hæc maxime
 S.S. Patribus calcaria nominantur, quia
 mam in via perfectionis quasi exstimulant.

Primo itaque recordare anima, De
 totaliter esse subjectam, cui proinde pro
 se servire tenearis, & scias, tunc animam
 libertate perfrui, cum Divinæ voluntati
 nissimè se submiserit.

2. Nec ex hoc, quod totam se Deo
 caverit, liberi sui arbitrij jacturam fecisse
 dat, quia donare Deo, est rem aliquam p
 ctam obtinere.

3. Qui voluntatem suam Divinam
 verit, vera libertate potitur; nec liber
 privatus potest dici is, qui vinculis an
 fuerit alligatus.

4. Qui in mundo dispergit, col
 cum Deo; nimium ille in hoc mundo p

det, qui propter Deum omnibus bonis sese exuit.

5. Verè pauper in hoc mundo dici potest, qui, licet omnia possideat, Deum tamen non habet. Sola Dei possessio millenis etiam mundis præponderat.

6. Solus ille felix est, qui quærendo Deo omnis boni objecto intentus est. Cœlum congeries quædam est omnium bonorum, quia anima non delectatur, nisi Deo, qui cœlum, & omnia infinitis bonis replet. Qui in hoc mundo felices successus, & delicias quærit, apertè declarat, nullo se erga cœlestia desiderio ferri, utpote alij extra Deum objecto inhians.

7. Divinis inspirationibus respondeatur necesse est, vocat enim Deus, ut gaudijs te repleat; invitat, ut bene tibi sit, & optata cordis tranquillitate potiaris. Vox Divina fonus quidam est, & suavis harmonia omnes animæ tempestates quietans.

8. Mundus hostis est infensissimus, semper animæ depereundæ intentus. Maxima animæ securitas erit, quum à mundo fuerit abstracta, utpote à suo inimico elongata.

9. Ad insulas fortunatas appulisse dici potest anima illa, cui fors obtigerit, Deo in hoc mundo famulandi.

10. Scientiæ veræ, perfectæ, & in specie

cie illæ, quæ sunt spiritus, potiùs à cruciatu
quam à Magistris, hauriuntur. Scientia
coelestes non ad eò Magistris, & Cathedris
terra indigent; non desunt in coelo Ma-
gistri, qui edoceant, quomodo divinæ sci-
entiæ, & regulæ spiritus comparentur.

11. Titulus *Bona* titulo *pulchra* ut
rimùm prævalet, hanc mundus, illam Deus
attendit. Pulchritudo accidens quod
est corporis; bonitas totus animæ the-
saurus, parum enim, imò nihili, æstimatur
ma, quæ non est bona.

12. Sola bonitas, & virtus amore
spectu, & reverentiâ sunt dignæ. Nec
latus ille, aut superior honore dignum
dicet, qui præter dignitatem nulla aliâ
rogativa pollet.

13. Non amat, qui in servitio Dei
animam impedit; hinc minimè perfecti
amor ille parentum in filios, qui divini
ris flammæ in eis extinguere, aut saltem
primere satagunt; optimè contra filii
genitores suos amant, qui, ut Deo servi-
eis valedicunt.

14. Difficulus amorem exuet,
objectum amatum incessanter oculos de-
Anima, quæ mentem in Deo defixam
semper eundem amabit.

15. Funiculi amoris ipsimet libere
sunt præferendi, si amor fuerit coelestis.

adeò verissimum sit: ibi esse perfectum spiritum, ubi amor divinus est, & ibi esse libertatem, ubi spiritus est.

16. Anima æternæ felicitati inhians alios ignes in suo corde non foveat, quàm à solo divino prognatos, hi enim comburunt, & non consumunt; quin imò propter Deum consumi, est, in vitam æternam jus sibi vindicare.

17. Qui delicias cupit, in Deo eas quaerit. Voluptates hujus mundi cum omnibus suis blandimentis non nisi mortem propinant, Africanis illis matronis persimiles, quæ fascinant, & occidunt illos, quibus in faciem abblandiuntur.

18. Ex pusillo volatilium coetu nullæ acerbius pungunt, quàm quæ mel in ore ferunt, quæ sunt apes. Ita & quæ in hoc mundo videntur dulcia, magisque oblectant, magis quoque offendunt animas.

19. Vanitates hujus mundi nunquam homini clariùs patent, quàm in morte. Modicum lumen illius candelæ, quam agonizans in manibus tenet, adeò intellectum ejus illuminat, ut plus per illud in momento videat, quàm unquam toto vitæ tempore per Solis radios videbat.

20. Coruscante prosperitatum Sole, nimium quantum in dignoscendis mundi vanitatibus cæcutimus, lyncei econtrà, cum miseria-

miseriarum, & adversitatum tenebris obrimur. Melius anima in Dei cognitionem venit per tenebras istas, quàm per mille terrenarum felicitatum Phæbos. Hugo Cardinalis, morti vicinus, de statû felicitate blandienti respondit: Malle se, ut mortuus fuisset in Monasterio, leprâ coopertus; quàm in hac dignitate, purpurâ adornatus.

21. Propria animæ ornamenta sunt tutes. Honores, & dignitates hujus mundi non sunt, nisi exteriores splendores, quæ tenebras, quàm lumen afferentes ei, anima virtutibus non fuerit collustrata. Præminentia illa terrenæ, sunt depictæ ves, vapor ad modicum parens, offuscata sapè, & reconduntur in unica oblivione etc. Soli virtutum radij æternum rutilant semper durant, ipsi etiam æterno Soli offeruntur, pulchritudinem suam non amittunt sed semper suâ luce præfulgentes. Per mensos Solis Divini splendores virtus in seculo non tantum nostra obscuratur, sed splendidior efficitur.

22. O quàm parum sunt æstima mundi hujus felicitates! Qui in his vitam rosæ vivere dixeris, vix natæ, cum rosâ emarcescentis, & quamvis apparatus formosæ, spinis tamen undique circumdatus.

23. Omnis fides mundo huic est præstiganda; largus est in promissis, parus sol

solvendis; vento eum comparaveris, mox, dum sentitur, disparenti.

24. Dum mundus remuneratur, donat, ut capiat. Liberalitas hæc proprio comodo invigilat, eamque æmulatur, quam piscator pisci exhibet, qui escam præbet, ut decipiat, & comprehendat.

25. Gaudere nequit, nisi prius sequiora perpeffus. Qui nescit, quid sit bellum, nescit & pacis delicias degustare. Rosæ felicitatum tum enim verò arrident, cum miseriarum spinas fuerint transgressæ, & lumine diurno is dundaxat verè oblectatur, qui noctis horrores fuerit expertus.

26. Qui exiguam de terra opinionem sibi parere gestit, sæpiùs cœlum suspiciat. Nec mireris, si quosdam videris, terrenis adeò immerfos, quemadmodum enim obvio quovis lumine in stuporem trahitur, qui Solem nunquam vidit, ita, qui oculos in cœlestia nunquam defigit, mirum non est, quod caduca ista præ omnibus æstimet.

27. Quantò anima tribulationibus fuerit immersa, tanto ei ad Deum pro sublevamine erit recurrendum. Perla in medijs Oceani amaritudinibus non alio pascitur cibo, quàm rore cœlesti, ita & anima infirmitatum, dolorum, & adversitatum amaritie oppressa, cibum omnem è paradiso colligere debet.

28. Ani-

28. Anima mundo, ejusque illece
addicta, etiam in mundo commorans in
tormenta sustinet; quæ verò Deo adhæ
maximis quibusvis irroratur delitijs;
enim Deum amat, tametsi terram inco
sentit tamen, & fruitur paradiso.

29. Animæ gaudia in cruce depre
duntur, invento siquidem in ea Dei filio
venitur omne bonum. Satiùs steteris
Christo in monte Calvariæ, quàm in Tha
ræo. Qui in Calvaria eum quærit,
amore quærit, qui verò in Thabore, in
prium commodum; potiùs enim vi
suas voluptates, quàm Deum quærere.

30. O beatam illam animam, quæ
per est spiritu, mundanis siquidem exu
culis, longa est à passionibus, fruendõ
suo bono, qui est Deus, libera. Quò
à terrenis divitijs remotior, tantò à spiri
stas, & quantò Deo fueris conjunctior,
rosis es propinquior. Dives est, qui di
fugit, plùsque omnibus possidet, qui
pollet.

31. Magna in Dei servitio præsta
peres? Optima intentio; sed, ne inqu
ris, si Deus lecto te affigat, tuùmque hoc
derium impediatur: dedecet aliam via
dagare ad perfectionem tendendi, præ
lam, quam voluerit Deus. Secure in vi
rituali incedit, qui divinâ contentus est

luntate. Plus meretur, qui tolerat id, quod Deus vult, quàm qui facit illud, quod ipsemet vult. Ut efficias opus perfectum, non tua, sed divina opus est voluntate, in hanc te resigna, & opus perfectum effeceris. Plus ediscet, magisque in schola perfectionis proficiet, qui in lecto afflictus, & excruciatus pagellulos infirmitatum patienter evolverit, quàm qui omnes hujus mundi codices perlustraverit. Servire debemus Deo non prout nos, sed prout ipse voluerit.

32. Non est inhiandum consolationibus, & visitationibus cœlestibus, sed patienti occasio, & materia sunt quærendæ. Via S. Crucis omnibus alijs securior est. Multò fructuosiores sunt consolationes in desolationibus degustatæ, quàm quæ in medijs prosperitatibus cœlo depluunt.

33. Negari non potest, quin oratio sit optimus cibus animæ, cum verè maximum bonum sit. Quòd si semper orare nequeas, parum interest, esto patiens, humilia te. Reputa te indignum, mortifica te, & sic magis placebis Deo; meliùs est florere mortificatione, quàm oratione,

34. Omnia relinque, contemne, nihilque æstima; in hoc unum intentus, ne peras Deum. Nullius eget, qui Deum habet. In erebi flammis immersus jaceres, & Deum haberes, in ipsomet inferno cœlum possideres,

res,

res, etsi in cœlo esses absque Deo, in ipso præc
cœli gaudijs infernum experireris. Calu

35. Ne perturberis tribulationibus, quoniam
quantò enim ijsdem abundaveris, tanto non
piofior meritorum materia tibi suppium
Tribulationes, quæ bonis animabus imitrupe
tur, non sunt flagella Dei, sed potiùs cedidig n
favores, maximùmque bonum, quod 3
impertiri potest, tum enim illud ipsum omni
bet, quod ipsemet in hac terra selegmajo
Aliæ sunt cogitationes Dei, aliæ homi Tant
Homo blanditijs, Deus tormentis, derava
prosperis, Deus adversis oblectatur. ta exi

36. Qui de afflictionibus conquæ 4
palam facit, quòd se ipsum non agnosquam
enim se ipsum cognosceret, sciret utique st, qu
minem miserijs subjectum in hunc orius
prodijisse. raria

37. Quod si mundus omnia sua entes
in te effudisset, ne affligaris, stude bono
scientiæ, & quietus vivito. Bona con Act
tia Saccarum est, omnes amaritudines birit
corans. Qui bonam habet conscientiam tam
quiescet securè innumeris licet inimicis
tem minitantibus. Bona conscientia
lus est, cui placidissimè indormit anima

38. Summa felicitas & bonum D
est innocentia, hac siquidem ad eò exp
& immota redditur anima, ut, quan
vituperata, & calumnijs lacessita, no dist
illas

in ipsa præclarissimis encomijs præventa judicetur.

6. Calumniæ innocentibus iniustæ non sunt calumnia, cum aurum innocentia maculam non recipiat. Nocentem econtra, & impium lauda, prout potueris, & quid, nisi viruperijs obrues? incapax enim est talis, & indignus omni laude.

39. Anima illa, quæ pati refugit, plus omnibus sustinet. Fugere tribulationes, major est pœna, quàm ipsamet tribulatio. Tantò minùs quis patitur, quantò pati desideraverit. Crux Christi hilariter amplectatur. ea exigui est ponderis.

40. Qui sibimet placere cupit, nunquam placebit Deo, se ipsum oderit necesse est, qui Deum amare desiderat. Amor profanus, & amor divinus sibi invicem contrariantur, simul consistere neutiquam valent.

*Actus affectus, & exercitia
spiritualia, quibus anima sese exerceat
tam in via purgativa, quàm in illuminativa, & unitiva.*

Divisi decendiale hoc, & proposui meditationes pro via purgativa, illuminativa, & unitiva, quas ipsas ita portari distribui: Primis quatuor diebus assignari illas pro via purgativa, tribus sequentibus

E

pro

pro via illuminativa, & ultimis tribus pro
 unitiva. Poterit ergò anima illis diebus
 quibus assignavi materiam pro via purgati-
 va, sapiens se exercitare in affectibus
 proprijs, quos magnæ efficacix esse no-
 utpote, qui permoveant animam ad virtutes
 magno ardore amplexandas, eamque ex-
 bunt ad velociter currendum in via per-
 ctionis; Ne dicam eos ad instar sagittarum
 esse, quibus cor divinum feriamus, & ad
 ces nostras attentum reddamus; aut
 ad instar legatorum ab anima in solium
 constituta ad paradysum missorum, unde
 vinam gratiam sollicitent. Anima
 Domini probè instructa, & in perfecti-
 progressa benè capiunt, quanti emolu-
 fit, continua interiorum actuum exer-
 tio. Et scias, anima devota, quemad-
 dum multiplicatio actuum interiorum
 caminorum semper deteriorem, & de-
 miorem reddit animam, ita actus interiorum
 bonos semper efficere pulchriorem. *De*

Quod cum abundè mihi constet, facilius
 intelligam, quantum bonum anima induci
 ducere possit, ratum fuerit, quosdam
 affectus, & exercitia, quibus hoc

pore, anima se exercent, pro-
 ponere.

Affectus pro via purgativa.

Primus animæ in via purgativa detentæ affectus consistit in humillima sui ipsius ad pedes JESU crucifixi abjectione: potestque affectus iste vocari: *Abjectio sui ipsius ad pedes JESU*; Exercitium hoc edocti ab anima illa pœnitente, quæ per viam hanc purgativam tam feliciter incessit, ut prima JESU ante conversionem actio fuerit, *Ad pedes JESU* se prosternere, nunquam Christo obviam facta, quin illicò ad pedes ejus se projiceret. Et hæc fuit S. Maria Magdalenæ. Ad pedes igitur Christi demittere se debet anima in signum debitæ subjectionis, nihil desiderans, nisi ipsi soli esse subjectam. si priùs propter sua peccata à pedibus Sathanæ se conculcari ferebat, jam ad pedes JESU se prosternendo protestetur, nullum isthac alium Dominum extra illum se agnoscere, frequentius ad eum suspirando: *Tu Deus meus, & Dominus meus. Tu Deus meus, & omnia.* Demittere debes ad pedes Christi caput tuum in signum, quod non curas, nisi conculcare fastum, & superbiam. Stude humilitati, quantoque fueris probetior, & in tuis cogitationibus elatior, tanto te demittere conaberis. Alloqui eum teris: O mi JESU agnosco meam vilitationem. Nimiùm, cheu! ascendere volebam, quia

quia tuam majestatem, & meam vilitatem
 felix ignorabam. Nunc ad pedes tuos
 voluta confiteor miseriam, & super
 meam, cupio, & animum apprecor ab
 bus contemni, vilipendi, & si prius ab
 bus honorari, & aestimari quaesieram, nunc
 omnibus humiliari curabo, amabo, &
 mi aestimabo, si ab omnibus vilipendatur.

Secundus affectus erit Contritio, frequenter
 ter sese in actibus contritionis exercit
 non enim est, quod animam puritatis
 tem adeò excolat, & dealbet, quam
 nuus de peccatis dolor, qui dolor
 contritionis perfectus est. Sæpius
 pectus percutere, & de commissis no
 niam à Deo petere poterit, eliciend
 contritionis, & ore etiam proferendo
 meus, Redemptor meus, Bonitas
 qui non vis mortem peccatorum, sed
 scio, & contremiscens fateor, quòd
 multiples offensas, millenos inferno
 lenas mortes, & cruciatus promer
 nunc ad tuos pedes prostratus doleo,
 nitet me, infinitam tuam bonitatem
 disse, nec ob aliud doleo, quam quòd
 fenderim. Hic unicus doloris, & pe
 tiæ meæ finis est, omnem mortem,
 pœnam, omnem infernum lubens sust
 tantum, ne posthac te offendam.
 su! quàm pœnitet me peccasse! O

me Domine Deus, quàm pœnitet me, quòd
legem tuam transgressus sim ! lava me ab
iniquitate mea, & pretioso tuo sanguine
munda me.

Tertius affectus erit, exercere se in hujus
mundi contemptu. Certum est, quòd, si
anima intendat se per hæc exercitia purgare,
omnem conatum adhibere debeat, ut totis
affectibus à rebus mundanis se abstrahat, quæ
solent maculare animam illam, à qua se ama-
ri, & æstimari vident. Noveris anima, om-
nia, quæ sunt in hoc mundo, nihilum
quoddam esse; nihilum sunt honores, nihi-
lum dignitates, nihilum divitiæ, nihilum o-
mnes blanditiæ, omnia vanitas, & afflictio
spiritûs. Memorare, quòd, cum omnia ha-
bes, nihil habeas: si habueris omnem sub-
stantiam hujus mundi, nihil habes. Solus
Deus est omnia; ipse est omne bonum, o-
mnis felicitas, omnia continens; in solo
Deo lætatur anima. Unde Sancti Augusti-
nus, & Franciscus exclamaverunt: *Deus meus*
omnia. Sæpiùs igitur insistet anima eli-
cendis actibus contemptûs mundi, soli Deo
adhærendo; tantò enim Deo conjungetur,
quantò à mundo secesserit. Sæpius ergò
Deo supplex fiet dicendo: *Tolle Domine à*
me corde meo omnem amorem sæculi; fac ut de-
iciam omnia oblectamenta hujus mundi; ad-
orna me gratia tua, quia sine te nihil sum, nihil
possim.

possim. Infunde perfectum tuum animam
ut te solum amem, te desiderem, & in
viam.

Quartus affectus erit, exercere se
prehendendo & corrigendo se ipsum.
ma, quæ Deum à se offensum viderit,
contra se ipsam excitabit, temeritatem
reprehendendo, quâ non erubuit,
bonitatem tam graviter offendere,
terit se ipsam objurgare dicendo: Es
anima mea tam eras arrogans, & tam
ut infinitam bonitatem offendere fuerit
sa? Considera infelix, quæ sis tu, &
Deus, & quidnam facere pertentaveris
abjectissima creatura tam flocci pen
Deum. Tu pro modica voluptate
divinam bonitatem. Quomodo est
bile, ut tam nauci duxeris Deum
tam tenerè te amavit? Qui ipsam
cruce pro te oppetijt? Et hunc tam
(O te ingratisissimam!) tam frequen
te perditissimam!) offendisti? Con
indignam te esse, quam terra sustineat,
tam parùm æstimasti pretiosum sanguin
tuo Domino pro te effusum. Exclama
maximoque, quo potes, affectu frequen
ingemina: O si nunquam, amantissime
mi, præcepta tua transgressa essem!
quam in tantam miseriam incidissem!
nunquam peccâssem! O quàm felicem

animæ illæ, O mi JESU, quæ te nunquam off-
fenderunt! O quàm beatæ illæ, quæ suam in-
nocentiam nunquam perdiderunt! Offen-
di te, O mi JESU, sed posthac nunquam te of-
fendam: *Pœnitet me peccâsse.*

Quintus affectus erit, exercere se in eli-
ciendis actibus confidentiæ, & spei in Deo, &
in illius divina bonitate. Inficiari non po-
tes, Anima mea, graviter Deum à te offen-
do: Esum, & inde innumeras pœnas à te promeri-
tatas, idcirco time, & contremisce, & dic cum
Pœnitente regio: *Timor & tremor venerunt Psal.*
super me. Est, cur formides; sed consolare, *54. v. 6.*
conijce oculos tuos in divinam bonitatem,
& insuper effluentem Dei tui misericordiam;
considera divinam omnipotentiam, quæ te
adjuvare vult, & potest. Habes sanguinem
& merita Christi, quæ pro te supplicant ad
eternum Patrem. Immitte te in divinos ejus
complexus, & confide; Dic magno affectu
Dominum tuum: *In te Domine speravi,*
non confundar in aeternum. Tu mi Jesu es spes
mea, in te confido, non erubescam. Et si tu
Deus meus mecum fueris, quem timebo?
Non, non, non timebo; totus mundus suis
illucebris in me insurgat, Caro suis volupta-
tibus alliciat, infernus suis astutijs contra me
metur, non timebo, non timebo, non ce-
lam, quia omne robur meum in Deo confi-
dit, & in ipsum sperabo, & dicam semper
E 4 Deo

Deo meo: *Tu es spes mea in aeternum, in
fido; si consistant adversum me castra, non
mehit cor meum, quia tu es protector meus.*

Pf. 26.
v. 3.

*Affectus pro via illumina-
tiva.*

Dum anima in via illuminativa detur, lumen inquirat, veram virtutem & veritatem dignoscendi, satagat ardentibus desideriis Deum suum percipere. Eos igitur affectus excitabit, qui viae huic sunt convenientiores, & opportunius remedium praebent, tendentes ad hanc Dei cognitionem. Et quamvis omnes affectus viae purgativae, aut saltem eorum pars possint etiam pro via illuminativa servire, nihilominus tamen viae huic propriae erui debent à vita Christi, in quibus se exercitavit. Ipse enim omnium virtutum, & perfectionis regula, & ipse tibi exemplum praebuit, vivendi, conformiter verbis illis, ipsemet dixit: *Exemplum dedi vobis, quemadmodum ego feci, ita & vos facite.*

Joan.
13. v.
15.

Primus affectus in via illuminativa est orare Deum pro illuminatione mentis, ut tenus ejus exemplo virtutis tramitem percipere possit, quo ad perfectionem deveniat. Sic sapiens tempore meditationum pro-

luminativa præscriptarum dicere potes Domino tuo: *Illumina Domine Jesu cor meum, & oculos mentis meæ lumine fidei, ut te semper videam, & respiciam te tanquam exemplum mihi datum ad vitam perfectè instituendam.* Excitare te debes, & desiderium in te accendere, in omnibus Christum imitandi. Procura Christi vivam imaginem in tua anima, & corpore imprimere, magno affectu aliquoties suspirando: *Utinam imaginem tuam in mea anima, & corpore effingam!*

Secundus affectus erit, exercere se in actibus amoris erga proximum, ad imitationem Christi. Tu O Domine JESU Christe nos (licet inimicos tuos) tanto amore constrinxisti, exemplum per hoc nobis relinquens, quàm erga proximos nostros inflammari debeamus. Quomodo, O JESU amantissime, odisse potero creaturam illam, quam tu tam tenerè amasti? Quomodo non amabo, æstimabo, & oblectabor homine illo, in quem tu adeò flammis amoris exarsisti, ut eum perditum agnoscens inæstimabili pretiosissimi sanguinis tui pretio redemeris?

Tertius affectus erit, ad exemplum Christi se exercere in contemptu omnium dignitatum, honorum, & bonorum terrenorum. Observa Dominum tuum, tametsi regem regum, regem cœli & terræ, nihilominus tamen apertè protestantem, regnum ejus non esse

Joan.
18. v.
36.

esse de hoc mundo : *Regnum meum non est de hoc mundo*, & hoc, ut nobis ostendat quam nihili mundum, & ejus pompas amaret. Siccinè O mi JESU, non collas tuos affectus, tua desideria, & inclinationes in honoribus, vanitatibus, & dignitatibus hujus mundi? Et quomodo ego poterore, meisque affectibus insequi res illas, tu adeò contempsisti? Non, non, O mi JESU, *Regnum meum non est de hoc mundo*. Non quæro res terrenas, non curo honores, nec ut vel minimum de mundo cor meum conturbet. *Discede à me amor hujus mundi, discede omnes creatura; Relinquire me, ut Deum amare possim*. Christus solum cum æterni Patris honorem quæsivit, ego non quæram aliud, nisi ut honorificetur, & laudetur JESUS meus. *Solum quæram mi Jesu, tuum honorem, & gloriam diligere excupio*. Omni hora, & momento, quotiescunque respiravero, peto aliud, nisi dicere : *Tibi Laus, tibi gloria, tibi honor, & tuam majorem gloriam quæram*.

Quartus affectus erit exercitatio in mortificationibus corporis. Quid agis in mortificationibus mea? cur ita refugis mortificationes, adeò de tribulationibus lamentaris? Insequere innocentissimum tuum Jesum; Insequere quàm ipse innocentissimum suum corpus mortificaverit. Tota Jesu vita nihil

fuit, quàm continua quædam mortificatio,
& tamen certissimum est, ex nullo omninò
capite ad patiendum fuisse obligatum. Non
ratione naturæ, quâ cogeretur, fræno morti-
ficationis eandem, ne exorbitaret, contine-
re, cum ipsius natura nec fuerit unquam, nec
potuerit vel minima vitij umbra inquinari,
utpote, quæ impeccabilis erat, atq; adeò nul-
la correctione indiga. Nec ut sensum suum
rationi subjectum teneret, quia omnes ejus
sensus omniscio Divinitatis oculo regulati,
nec modum, nec robur habebant rebellandi,
& tamen semper laboribus distentus, semper
vigilijs, mortificationibus, alijsque dolori-
bus afflictus vixerat, adeò, ut & ab ipsomet
æterno Patre *Vir dolorum* vocatus fuerit. *If. 53.*
Quomodo ergo tu O anima mea non patie- *v. 3.*
ris? Quomodo mortificationes declinabis?
non vides maximam tuam necessitatem ad
id te compellentem? Natura tua est vitiata,
sensus tui rebelles contra rationis imperium
insurgunt, oportet eos retundere, sedare, &
per mortificationem ad obsequium flectere.
Si corpus tuum afflixeris, spiritum consola-
beris. Ergò *conteratur caro, ut vivat spiritus.*
Vivet, quia carnem meam crucifigam. Ita
O mi Jesu! mortificabo corpus meum, & affli-
gam illud. Fateor, & agnosco verissimum
esse dictum illud dilecti tui Bernardi, quòd
non deceat sub capite spinoso membrum esse de-
dicatum.
Quin-

Quintus affectus erit exercitare se in consideratione obedientiae Christi. Ah Deum! O anima mea, aperi oculos intellectus perpende, quàm obediens fuerit Dei filius. *Philip. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* O quàm magna fuit tua obedientia, O mi Jesu! Tu, qui es sapientissimus, Dei filius, Rex Regum, Dominus conservator omnium, voluisti obedire non solum tuo Patri coelesti, tuæ Sanctissimæ nitrici Virgini Mariæ, putatio tuo Josepho, sed & subiecisti te, & obedisti etiam sceleratissimis quibusvis hominibus, Judicibus injustis, & iniquis, ipsis deum carnificibus *usque ad mortem.* Et quomodo ego non obediam Deo? Quomodo me subiciam illi, qui loco Dei mihi imperat?

Sextus affectus erit, considerare hanc patientiam Christi, poteritque ad eius imitationem similes actus elicere mi dulcissime Jesu, quanta perpessus es in tuo sacratissimo corpore, quanta in tantum honore? Tu æterni Patris sufferre voluisti tormenta tam atrociter tanta quiete, & patientia, ut tanquam mansuetissima non aperiens os suum, quidquam renitens ad mortem usque per te volueris. Et ego tam miserabilis peccator non lubenter sustineam vel minimum cruciatum? Ego, qui sum abjectissimus

vermiculus adeò vel in minima tribulatione renitar, tam sim impatiens, tam inquietus, tam perturbatus? Concede ò mi Jesu, ut patienter sustineam, quia tu tam patienter tanta pro me pertulisti. Omnino O mi Jesu, lubens tui amore patiar: non jam fugiam amplius tribulationes, sed cum S. Theresia tibi promitto, quòd velim *aut pati, aut mori.* Seu melius cum S. Maria Magdalena de Pazzis incessanter dicam: *semper pati & non mori.*

Affectus pro via unitiva.

Qui per viam unitivam incedit, perfectus dici potest, quia affectus est terminum itineris sui, qui est unio cum Deo. Inde est, quòd anima in hac via omnibus terrenis superior aliud non cogitet, aliud non desideret, ad aliud non aspiret, quàm ad ipsum Deum.

Enimverò, quia perfectio animæ consistit in amore divino, debet se diebus illis, quibus pro via unitiva meditabitur, specialiter cum suis affectibus elevare, & exercere in amore divino, unice amori huic pro virili intendendo.

Primus affectus, & exercitium erit, patet quoddam cum Deo inire, nullum aliud amoris objectum desiderandi, quàm Deum; & si amaverit creaturam, id ipsum non aliter, quàm

quàm unico & principali amoris sui in ipso Deo collocato. *Amo te mi Jesu, tu es solum objectum amoris; amo te solum, prater te nihil amo.* Pactum quoddam in eo, O Deus meus! nihil aliud amandi, prater te, & volo, ut omnes & externi affectus animæ meæ, omnes ris mei motus, omnes halitus, tam quàm vigiliarum tempore, sint vera re amoris signa. O utinam audirer ab omnibus creaturis tam in cœlo, quàm in terra nam omnibus innotesceret, *quia amo te* bilissime Jesu: hoc unicè intendo, omnibus actionibus meis seu totidem voce propalare, & contestari desidero.

Secundus affectus erit, exercere se quirenda unione cum Deo, quarendo non vel proprii commodi, vel consolationum, aut delectationum intuitu, sed propter ipsum, & amore ipsius, quia omni amore est dignissimus, nec amor illius & perfectus est, quo anima Deum ut ab eo consolationes internas accipiat, tametsi enim tunc amet, & quærat Deum, nihilominus tamen imperfectus est ille, cum videatur plùs se ipsum, quàm Deum quærere, plùs consolationes, quàm ipse amet Deum. Ut ergò perfectè in Deum dedere dici possit, intimo pectore in se vel similia suspiria resolvatur: Deus

amo te propter te, quia tu dignus es omni amore; te sequi volo, vias tuas decurram, non consolationum, sed puri amoris vinculis irretitus. Nolo consolationes illas, quæ a te promanant, sed te solum desidero, & amo. In te est omnis consolatio mea, gaudium meum, quies mea, bonum meum. Tu es objectum amoris mei, tu unicus & verus amor meus.

Amove à meo corde totum illud, quod non est Deus, quia nihil aliud amare volo, nisi Deum. Ipsummet cœlum ingratum mihi esset, si Deum non amarem, & infernum ut paradysum amplexarer, si in inferno Deum amare possem.

Tertius affectus erit, cor suum exercere in deliciendis actibus desiderij fruendi Deo in patria cœlesti. Ad quod conducet similis jaculatorijs ad Deum aspirare: Quando mi Deus pulcherrimo, & superabundantissimo vultûs tui aspectu consolaberis seruum tuum in regno tuo? Quando disfractis corporis hujus vinculis poterit anima mea volare in beatam illam patriam, ubi te solo fruatur, & amore erga te liquefiat? Quando ille ad illud, quod lego, quod credo, quod audio te, de tua gloria, de magna tua majestate, otero videre facie ad faciem? O Deus meus, da mihi venire ad te! O quanto amore, & desiderio expecto audire tuam vocem, quæ me

me avocet à naufrago mari ad portum, à actibus
ferijs ad felicitates, à tormentis ad quietes,
tiones, à continua quadam morte ad con-
dissimam vitam. Dicam: ab inferno ad mun-
radisum? Ah mi JESU! Dicere nunc mine
sum, quod à te unico animæ meæ par- apud
elongatus vivam in inferno. *O bone gat.*
O mi Deus, quando te videbo? Trabe nullo t
te, amor meus, Deus meus traheme, & extra
ad te.

Quartus affectus erit, plenissima mun-
oblatio, necesse quippè est, ut anima nes, &
dia æterna anhelans, & Deum totaliter ali-
fidere contendens, se totam eidem dona-
quatenus & ipse ad se redonandum ex- *O du*
quod fiet, si frequentius ad eundem *unda*
cordis teneritudine ingemuerit: *cam.*
Deus meus, quod cor meum tibi *domine*
offerri petiveris, & ecce! totum hoc *deside*
ptissimè tibi dono, nec solum, sed *nia*
pariter præbeo animam, corpus, & *C*
potentias meas, memoriam, intellectu-
voluntatem; non volo memoriam, quasi
recorder tui, non intellectum, nisi ad *du*
derandum, non voluntatem, nisi ad *afflict*
lum amandum, Deus meus *nolo vivere,* *ordi*
te, nolo sapere, nisi te, nolo velle, nisi te, nolo *excl*
re nisi te; Vivo ego, sed non ego, vivit
me Deus meus.

Gal. 2.
v. 20.

Quintus affectus consistet in elici-

actibus desiderij deveniendi ad æternam re-
quiem, & refrigerium; sæpius ergò ad Deum
conversus exclamet: Deus meus, in hoc
mundo non invenio levamen, ad te igitur o-
mine solamen, & quietem meam recurro,
apud te inventurus, quod totus mundus ne-
gat. Quæsi in mundo, sed, ah! absque
ullo fructu. *In omnibus requiem quæsi, sed
extra te non inveni Deus meus, amor meus.* In
mundo non invenio nisi dolores, afflictio-
nes, & inquietudines. Sustolle me tandem
aliquando, O Amor meus, ab hoc mundo, &
dona mihi in te dulce quoddam refrigerium.
*O dulcedo cordis mei, O vita anima mea, O ju-
unda requies spiritus mei, fac, ut in te requie-
scam.* Anima mea amore lanquet, non po-
rit: Non est absque te diutiùs vivere. *Veni ergò Do-
mine amor meus, veni & noli tardare. Ecce
desiderat te anima mea. Verè amore langueo,
sed curia desidero te, & amo te vita mea, quies mea.*
Quando unquam Deus meus in cœlo tibi
nitus, quando inter divinos tuos amplexus,
quasi in suavissimo lectulo fruar æterno illo
dulcissimo refrigerio? Quando licebit
afflictissimo, ac omni dulcedine destituto
cordi meo dicere, & ad patriam translato
exclamare: *Hæc requies mea in saculum
seculi; hîc habitabo, quoniam
elegi eam?*

F

ME

MEDITATIONES PRæparatoriæ
VIA PURGATIVA.

Anima, quæ per peccata à Deo separavit, & de qua dici potest: *abierit in regionem longinquam,* tò etiam dicitur à patria cœlesti se elongatum nulloque habito respectu ad gaudia cœlestia abyssali miseriæ sese immerfisse. Improbabile siquidem est, ut peccatis obnoxiatam diatur beatam illam Civitatem, ubi *quinatum intrabit,* ut ergò hanc ipsam sibi vendicet, vitæque beatæ, atque ipsius Dei capacem se faciat, necesse est vias illas arripiat, quæ ipsam eò perducunt, hæ autem, ad stipulante Alcega calculo, in tres classes distribuuntur, purgativam, illuminativam, & unitive. Verò per has ipsas ternas semitas labyrinthi se involvat, primo omnium per viam purgativam incedere debet, quæ in intimis de commissis noxis consistit, animæ contritionis lachrymas purificando, luendo. Viaticum, quo in itinere sustentetur, & cibus, quo spiritus nutritur, meditationes faciliùs ad dolorem, & contritionem permoventes, quæ sunt de peccati sui cognitione, de morte, de extremo particulari iudicio, & aliæ similes. Præferent in hac via, præsertim ab initio, plures & g

S PRæque gravissimæ difficultates, quos ut felici-
VA. ciori saltu transiliat, proderit, comites sibi
à Deo. S. Josephum, & alios sanctos sibi devotos,
poteat: quibus, quasi totidem fulcris, suffulta, feliciter
inquam, ad portum perveniat, Deoque intimè jun-
gi se elongatur.

DIES PRIMUS.

*De fine, ob quem homo crea-
tus est.*

MEDITATIO PRIMA:

PUNCTUM PRIMUM.

Nosse debes, Anima devota, essentiam,
magnitudinem, majestatem, & glo-
riam Dei ne minimè quidem à crea-
turis dependere, sed totum à se ipso proma-
re. Ipse non indiget creatura, *Bonorum Ps. 15.*
ostrorum non eges: Dicebat David ad Do-
minum suum. Si nullam prorsus creaturam
roduxisset, Idem ipse esset. Tantus est
Deus, dum creavit unum mundum, quantus,
mille creâset. Si omnes animæ creatæ
lvarentur, non idcirco vel minimum ejus
gloriæ accresceret, nec, si omnes damnaren-
tur, quidpiam de sua magnitudine, Majesta-
& gloria deperiret. Unde colligere po-
tes,

tes, O Anima, te à Deo non creatam pro
 ipsum, nec pro ipsius utilitate aut commo
 sed creatam fuisse in tuipsummet utilit
 Creavit igitur hominem, quatenus et
 infinitam bonitatem, & amorem imp
 ret, adornando cum splendore divini
 tiæ, quâ adminiculante, æternæ gloria
 efficeretur.

AFFECTUS.

Quid agis, Anima mea? quid co
 non vides, quàm Deus tui co
 non indigeat, cum pro se ipso
 creaverit? Creavit te, ut suam gratia
 impertiretur, & sui ipsius, atque ætern
 riæ particeps, & cohæres efficereris.
 ergò desidia tua, Anima? quid ag
 tanto bono non respondes? cur tam
 æstimas gratiam hanc bonis omnibu
 exuberantem? Ah noli, anima mea,
 se tam ingrata, tam negligens, &
 noli peccatis tuis eam ulterius è corde
 turbare, noli adeò esse terræ affixa,
 men præferas, nec Deum, nec cæle
 Creatas ad æternam gloriam, crea
 Deo æternùm fruaris, creata, ut ætern
 felix, his ergò inhia, ad hæc suspir
 pleno cursu insequere; corrige mor
 emenda vitam, desle enormes excessu
 Ah miseram me! quàm in cadu

rebus me ipsam turpissimè depereo, & non
quàm citissimè mentis oculos ad cœlestia in-
flecto! Creator meus, En! profundissima
cordis humilitate gratias tibi ago pro opti-
mo hoc fine, quem in mea creatione præfixi-
sti, gratias, quòd è nihilo me produxeris,
quatenus tuâ gloriâ & gratiâ æternùm per-
ruerem. Nolo, Creator meus, nolo posthac
æcidissimo vitiorum cœno infelix innatare,
quo tantis bonis destituor, & incapax fio.
Nolo posthac mundum, abominabor omnes
ius voluptates, & illecebras, nec intendam,
ut suspirabo, quàm te, mi Deus, & in te pa-
radisi gaudia.

Fructus, & proposita.

Ingradiatur anima cubiculum cordis, di-
scutiatur interiora sua, & deprehensio, quod
adeo à divina gratia exulet, adipiscen-
tæque æternæ non nisi superficietenus insu-
et, confundatur, statuto firmo proposito,
omnes illos defectus, qui tanti boni consecu-
tioni obstant, seriò emendandi, & corri-
endi; ne autem hoc ipsum propositum
prox iterum in auras avolet, congruum erit,
eos ipsos defectus non conjunctim, & quasi
cumulum congestos, aggredi, sed successi-
vè, primò illum, quo se anima magis infesta-
vit, & à profectu removeri senserit, tum etiam
ceteros; eo semper ordine servato, ut ma-
gis

gis infestior arripiatur, secus enim con-
re possit, ut nimia defectuum mole
territa, vel oppressa succumberet, & qu
re impossibili desperaret, quod minim
midandum, si modo predicto, nunc
nunc illum eradicare, virtutesque Ch
nas, quæ sunt certissima ad cælum se
implantare curaverit.

PUNCTUM SECUNDUM

Gen. 1. **C**ONSIDERA, hominem à Deo creat
se ad imaginem & similitudinem
Ex quo resultat, dotatum qu
fuisse nobilissimis potentijs, memori
lectu, & voluntate. Memoriã, ut De
que beneficiorum recordaretur: Int
ut eundem Creatoris sui cognitioni
deret, & in rerum cœlestium contem
ne exerceret: Voluntate, ut semper
suum amaret, & reliquas creaturas
ipsum. His adde & alia membra:
aures, manus, pedes &c. Oculos, ut
bilia Dei opera pro ipso homine pat
tueretur; aures, ut eas divino eloqui
caret; pedes, ut in servitium divinum
cteret, visitando Ecclesias, Nosocom
manus, ut in operibus charitatis se ex

AFFECTUS.

O Miserabilem me! quàm malè in

...isce Dei donis utor ! Ah quàm exigua viget
...n me Dei memoria ! O quàm parum æstimo
...Cœlestia, & non nisi tepidissimè Deum meum
...iligo ! Confiteor miseriam meam O Deus
...neus ! Quomodo est possibile, Anima mea,
...at tam parum ames illum, qui tam præclaris
...otentijs te ditavit ? Ergone intellectum
...uum impendes considerandis tam vilibus
...ujus terræ objectis ? Ergone amabis mun-
...lum, & carnem, juratos, ac infensissimos ho-
...tes tuos, & desines amare Deum tam bonum,
...am charum, tam amabilem, tam in te bene-
...ficijs suis effusum ? Ah ! non O Deus meus !
...bsint à me tantæ, & tam abominandæ stulti-
...iæ ; tu posthac eris unicum omnis boni mei
...bjeatum ; Te, Te solum amabo, Tibi soli
...erviam, utpote unico & ultimo fini, propter
...uem creasti me.

Fructus & proposita.

SI Anima probè consideraverit, quòd uni-
cus, & solus finis, ob quem creata est, sit
amare, & servire Deo, vix inducor, ut
redam, fieri posse, quin totam se Deo sit di-
atura. Fructus ergò erit, hoc ipsum stu-
iosè menti imprimere, & cùm adverterit,
arum se hæcenus Dei recordatam, parùm-
ue agnovisse, & amâsse, atque adeò nobi-
ssimis suis potentijs turpissimè abusam esse,
sistet humiliationibus, oculisque in tan-

tam suam miseriam reflexis, curabit penetrare veritatem istam, quâ indubitanobis est, toties animam potentias suas impendere, quoties eas à Deo abstrahit amat alia objecta, quæ non sunt Deus. potest, animam illam, quæ in suis potentibus non includit Deum, ei que solerter impoextra se ipsam detineri. Propone Anima mea, perfectiùs posthac observatam, & mores; excita voluntatem, & flamma, ne circa aliud, quàm unicum summum amoris objectum, qui est Deus, otiosè versetur, robora intellectum, & quam in contemplando Deo deficiat oculos suos abducatur; acue memoriam divinarum beneficiorum oblita, remanentis alijs objectis se inflectat; sed beneficentissimum Deum suum immeraliud cogitet, in nihil aliud tendat, quàm hunc ipsum summum Benefactorem. Hoc facto, Anima mea, oculi frequentè à terra in cœlum erigent, aures velociter accipient instinctus Spiritus Sancti, manus pedes bonis operibus promptiùs sese impendent, os & lingua divinas laudes personabunt, membra omnia ferventi vino cultui insistent.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, Anima devota, omnes

ras non in alium finem fuisse creatas, quàm ut homini ad finem suum consequendum deservirent. Homo creatus est, ut serviat, & amet Deum; cæteræ creaturæ, ut famulentur homini, eumque adjuvent, quo faciliùs se ad Deum sublevent; unde habes, creaturas factas fuisse, ut tibi, non verò tu illis subsis, & obedias. Vide, & pondera, quàm omnes creaturæ ad hunc suum finem incessanter, & studiosissimè coliment: Sol in suo motu semper est immobilis, nec à sua via unquam deviat. Stellæ & planetæ nunquàm suo influxu defunt. Terra continuò est sollicita, & laboriosa in producendis herbis, plantis, & floribus. Fluvij omnes cursu rapidissimo in mare fluunt, nec vel hilum voluntatem Dei transgrediuntur, semper memores finis sui, qui est, ut nunquam in motu firmentur, sed fluant, & refluant. Vide, Anima mea, An & tu tam pleno cursu ad finem tuum tendas, an verò ab irrationabilibus creaturis in hoc supereris, & ijsdem potiùs in contemptum, quàm in obsequium Dei abutaris. Considera vitam & mores tuos, vide, quomodo manè, quomodo meridie, quomodo vesperi negotia tua instituas, an semper ut Deo placeas, an verò, ut carnalitati tuæ deservias, & terrenam substantiam tuam augeas.

AFFECTUS.

O Miseram te, & infelicem animam meam! An non vides, quàm debeat confundi, & erubescere? Enimvero rationabiles Creaturæ non cessant tibi deservire, & tu toties intermittis famulari Deo, tamen præcisè, & unicè ad ejus servitium fueris creata? Quomodo possibile est, ut re tam evidenti & necessaria prudentiæ creatura irrationabilis, quàm præclarior rationis lumine instructa?

Quid agis, Anima mea, quomodo tenaciter potes adhærere, & etiam servare creaturis, quæ tamen, ut tibi deservirent, creata? quæ obsecro densa avaritiæ, auribus voluptatis nubecula adeò potest nubilare intellectum, & memoriam tuam Dominij, & magnificentiæ tuæ oblita, in manus mancipijs te submittas? Ah! Anima mea, confundere, erubescere, & benè considerare, quid agas, crede, crede, quia venient tempus, quo serò ingemisces, quòd tam parvè tam tepidè, tam negligenter agnovisti, amaveris Deum tuum. Creata es, Anima mea, propter Deum, atque in hunc finem omnes creaturæ in scalam tibi deserviunt, liberiùs ad Creatorem tuum ascendas; Et iterum, atque iterum miserrimam te in scalam hanc invertisti, non in sublime,

semper ad profundiora te demittendo, non ascendisti, sed descendisti, adeò affectus tuos creaturis affigendo, ac si illæ ultimus tuus finis essent. Ah! Confundere, confundere Anima; Recurre ad benignissimum Dominum tuum, & tantæ perversitatis, ac stultitiæ tuæ veniam deprecare, ingemisce, & clama: Ignosce O Domine, condona O dulcissime Jesu ingratitude meam, quâ medijs illis, ad te amandum, & serviendum concessis, tam turpiter sum abusa, dulcissimumque gratiæ tuæ mel in amarissimum fel peccatorum converti.

Fructus & proposita.

Cum viderit anima, deteriore se esse alijs creaturis, negligentioreque in exequendo id, quod ad finem suum est necessarium, confusa, & contrita proponet mutare vitam, & mores suos; omnes suas actiones ad Deum tamquam ultimum terminum dirigendo. Et quemadmodum lapis semper est inquietus, quousq; centrum suum obtineat, nec fluvius cursum suum sistit, nisi obtento mari, ita & anima, nunquam sit quieta, quousq; ad Deum unicum suum centrum deveniat. Vita hominis velociter, ut flumen, diffluit, non igitur cursus ejus sistendus, nisi obtento Divinitatis Oceano. Veritatem hanc probè considerabat S. Augustinus, dum agebat

ajebat cor humanum semper esse inquietum usque Deum suum attingat: Inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te, pote ultimo fine, ob quem creatus est hominem quemadmodum idem S. Doctor testatur dicens: *Quia fecisti nos ad te.* Homo creatus est propter Deum, ergò in ipso solo quietum potest. Fructus hujus meditationis est gignens conatus, quo omnes tuas cogitationes mundo abstrahas, cor à creaturis elonget, semperque cures, ut omnibus suis motibus tendat, & aspiret ad Deum; ad quod adducet, identidem sibi inelamare: Deus! quid obsecro anima ages cum creatura, cui adeò inhias, & pro qua tam inquiete defatigas? Quid mundum attendis pro eo non es creata? Ah! defatigata ad Deo, in ipso solo spem tuam pone, ad ipsum suspira, & omnia opera tua ad ipsum dirigas quia propter ipsum es creata, & ipse est finis, ac terminus actionum tuarum.



DIES SECUNDUS.

De gravitate peccatorum.

MEDITATIO SECUNDA:

PUNCTUM PRIMUM.

Considera, quàm sit grave, & castigatione dignum peccatum mortale, dum Angelus propter unicum tale sola superba cogitatione commissum tam graviter à Deo punitus est, ut mox omnibus donis supernaturalibus, quibus à Deo cumulatus erat, privatus fuerit, atque in ictu oculi à paradisi sublimitate in profundum abyssi infernalis præcipitatus, omnique pulchritudine, & dignitate à Deo concessa exutus, adeò, ut, quì priùs inter omnes creaturas pulchritudine præstabat, mox fuerit omnium turpissimus, aspectuque summè horribilis; & hæc omnia propter peccatum.

AFFECTUS.

O Peccatum! peccatum, quàm es abominabile! si nihil mali in te contineres, & afferres, quàm quòd adeò deformem reddas animam, dignum esses, quod omnes execrarentur. Ah Anima mea! qua fronte audes vel minimum peccatum committere, quod adeò te deturpat? Cùm S. Catharina

tharina Senensis vidisset animam peccati
 mortali obnoxiam, adeò horrore concu-
 batur, ut propè expiraverit; & tu videlicet
 poteris te ipsam tot peccatis deturpata
 nec tamen terrore concutieris? si non
 nauseabundè, & cum horrore intueri po-
 magnam corporis deformitatem, in quo
 quam in carcere conclusa teneris, quomodo
 tu ipsius fæditatem aspicere poteris? si
 pus, vili licèt luto compactum, tamen
 placet dum est deforme, quomodo placet
 anima ad imaginem Dei creata, & ipsius
 Dei perfruendi capax? si corpus in terra
 suam reversurum, & moriturum tam spe-
 sum cupis, quomodo tolerare poteris, ut
 anima omnis pulchritudo exulet, quomodo
 est, ut gaudijs cœlestibus potitura æternè
 vivat? Ah peccatum! peccatum! Oportet
 es horrendum!

Fructus & proposita.

FRuctum suppeditat B. Catharina
 nuensis, quæ, Confessario suo quomodo
 assistens, derepentè exclamare coepit
 Non amplius mundum, non amplius peccata;
 ta; & hoc, quòd, Deo permittente, in peccati
 mortalis cognitionè devenisset, cujus hor-
 re & atrocitate concussa in tam insolito
 latus proruperat. Hanc & tu imitare, Beata
 ma devota, clama cum Beata illa Virgine

Non ampliùs mundum, non ampliùs peccata: tam enim peccatum mortale grave est, & detestandum, ut omne quodcunque excogitabile malum praeligere debeas, quàm vel in minimum consentire, quia omnia mala magis animam profunt, quàm peccatum. Meliùs est, perdere bona, sanitatem & vitam. Meliùs sufferre omnia tormenta, imò meliùs sustinere ipsummet infernum, quàm animam peccato inquinatam habere. Non est malum vel tormentum majus, quàm peccatum, ipsum est unicum, & summum malum, quia hominem privat summo & unico omnis boni objecto, qui est Deus. Quod cum ita sit, detestare, & execrare peccatum, fuge omnes occasiones, & illicita, quæ ad peccatum te pertrahere possunt. Omnia tormenta potius exopta, desidera potius æternum in inferno ardere, quàm peccato obnoxia æthereas ades incolere, quia, si in inferno sine peccato confisteres, certo paradysum quendam ibidem experireris, ubi econtrà infernum perentisceres, si in cælo cum peccato degeres. Scias, anima devota, infernum eo potissimum deformem, dirisque cruciatibus crudelem esse, quòd animam vitijs defædatam ibidem commorentur, paradysum verò amœnum, aspectuque venustum, quia animam illibatam eundem incolunt; inde est, quòd angelus mox, ut peccavit, à paradiso exclusus sit,

fit,

fit, ne videlicet, stante hac suâ culpâ, inferendam constitueret. Imprime hæc menti tuæ omniseriò statue, pulchritudinem in creatura moDeo tibi concessam illibatam servare, tæ an fiet, si facto tali proposito tenaciter adinas a ris, nec ullo unquam modo admiseri pestanima tua pretiosissimo Christi sanguine catolibuta, vel minima peccati labe deprturastetur.

PUNCTUM SECUNDUM. Et ut

MEtire, Anima devota, peccati mali lis, gravitatem à magna ruina, met l homini attulit, postquam illu priva top lastus noster in mundum invexit. Quotum ad animam; privavit eam divi no i tiâ, & amicitia, quod est præcipuum bo cent bonum: privavit intellectum scientiale p & cognitione, quam habebat de omni e deg bus supernaturalibus; voluntatem in stitudine, quâ ad divinorum manda regulas incedere satagebat: potentia sitivas promptâ obedientiâ, quam p bant rationi, & ratio Deo. O quantu perpeffus est homo in anima sua propte lam ame catum! Quantum ad corpus: Con sti il creatum id fuisse nullis subjectum dol e sub nullis cruciatibus, aut tribulationibus. o ip pore calido nec incaluisset nimis, nec riva friguisset, suavi semper vere gavissim

Ipā, infēdam transegisset vitam. At post peccatum
nenti tu omnibus his beneficijs spoliatum subdebatur
in creati morti, doloribus, & immensis miserimæ vi-
ervare, tæ angustijs. Considera insuper, omnes pœ-
citer ad nas à Deo orbi intentatas : bellum, famem,
dmiseri pestem, alias innumeras calamitates, à pec-
fangui cato originem traxisse. Evolve Sacram Scri-
labe de pturam, & habebis, Diluvium, flammam Pen-
ta poleas, plagas Ægypti, & quidquid mise-
rabile repereris, omnia esse effectum peccati.
DUM. Et utinam monstruosus hic peccati foetus in
peccati malis terrenis subsisteret ! altiora petit, ipso-
a ruina met Deo (quod omnia alia superat) animam
am illu privat, & æternis inferni flammis addicit. O
vexit. quot infelices animæ rigidissimo erebi sta-
m divi gno innatant, propter unicum sola concupi-
puum hœ centia, aut complacentia commissum mor-
scientia ale peccatum, absque eo, quod in opus illud
de omni edegerint !

AFFECTUS.

Quid fecisti peccatrix Anima mea? no-
sti utique quam grande malum sit
peccatum. Scivisti tot, & tanta
lamna, quæ infernalis hæc hyæna infert, &
amen, O te perditissimam ! tamen commi-
sti illud, ac tantis cruciatibus lubens volens
e subjecisti. Vel, si nescivisti, scias nunc,
o ipso momento, quo peccatum committis,
privatam te esse divinâ gratiâ, effectam Dei
G inimi-

inimicam, & secundum presentem ipsam
 condemnatam ad aeternas inferni po
 An his intellectis denuò peccare poterim
 Deus meus! scio, quod graviter te offe
 rim, submitto me nunc, volòque subiac
 mnibus pœnis, quas mihi immineris, o
 hujus vitæ tormenta, imò ipsos etiam
 cruciatus non recuso, tantum, ne tu
 permittas, ut ultra in culpam incauta
 quia solum peccatum omnibus alijs
 gravius & pejus judico. En mi Deus
 ctissimis tuis pedibus advoluta humill
 flagito omnem pœnam, omnem tribu
 nem, & tormentum. Tibi supplico
 cordissime pariter & justissime Deus,
 hi immittas non unam mortem, non
 infernum, sed mille mortes, & mille
 nos, hoc unicum maxima cordis humi
 à te exoro, ut gratiam concedas, ne
 offendam. Dulcissimus mihi semper
 aspectus mortis, dulcissima omnia
 tormenta, modò remotam me videro
 cato, objecto omnium amarissimo,
 rendissimo.

Fructus & proposita.

Modicum tibi conferet, Anima
 ta, considerasse peccati dani
 gravitatem, si de ejus fuga no
 ris sollicita. Impossibile est, ut anima
 DO
 ta
 &
 orrea

se cognoscere peccati fæditatem, & damna, qua affert, si postea iterum committat. Reiteratio peccati evidens signum est, te illud denuò velle, tibi placere, & dulce videri, quod tamen est amarissimum. Anima, quæ verè omne peccatum radicitùs amoliri satagit, nullam diligentiam non adhibet, quâ ingentem illam labem per peccatum contractam, quantocius abluat, probè gnara, tantam eam esse, ut pro ea eluenda necessarium fuerit balneum è pretiosissimo Christi sanguine confectum. Defecerunt remedia humana, ad Divina recurrendum erat, ut tanto malo remedium efficax reperiretur. Ergò & tu ad divina recurre, implora Dei auxilium, huic innitere, & firmiter statue, omnia peccata evitare. Elige potiùs millies mortis, quam vel semel Deum offendere. Nihil inquam boni tibi polliceare, quamdiu peccato mortali fueris coinquinata. Si bonum aliquod tam in hac, quam in altera vita desideras, fuge peccatum; omnem peccati maculam tolle, si in beatam illam civitatem intrare cupis, ubi nihil coinquinatum intrabit.

PUNCTUM TERTIUM.

osita.
Anima **D**ostquam consideraveris peccati atrocitatem & turpitudinem, te ipsam discuties, & ponderabis, quomodo pro eo, ut aborreas, foveris illud in corde tuo, & quoties
offen-

offenderis Dominum tuum verbo, concupiscentijs & cogitationibus.

Considera, quàm parum tuas refranaveris, quantàmque peccantiam eisdem concesseris.

Subingredere, quantò intimiùs & cum animæ tuæ, accuratèque per tuam, & ad oculum patebit, quam Deum offenderis, quodque tuo numero excedant capillos capitis omnium enucleatissimè observa, & peccatum ingratitude, benè quòd, non obstantibus tot tibi concessis, pro eo, ut gravissimè eum offenderis.

Subsiste hìc cogitationibus interiora cordis tui, & videbis, fueris ingrata non solùm beneficiis, Redemptionis, Conservationis, tot specialibus favoribus, rationibus, quibus à Deo ad ritum, ad perfectionem excitaberis, tamen non solùm non obedivisti, res oclusisti, tantisque gratijs, gravissimis peccatis, respondisti.

AFFECTUS.

Quidain, Anima mea, tandem appetitus in offendendo Deo satiat? Quæ tibi è tot tuis

...tis vel minima utilitas? Ah! miseram te, &
...rbo, infelicem! O peccatum! peccatum! O ve-
...bus, re unicum, & summum totius mundi malum,
...uas pater quo, non nisi acutissimi omnium malorum
...eccandi tribuli prodire possunt. Deus meus, aman-
...issime Redemptor mi, O quàm confundor!
...nius valquam erubescio! dum, vix obiter perlustratis
...er spiculis interioribus meis, veluti digito ostensum cer-
...quam pro, quantam fabam in me ipsam cuderim.
...ua peccata millies, ah! millies sum promerita, ut pro-
...itit tuam, & salutem meam contempserim, neglexi.
...am te. Quomodo fieri potuit. Anima mea, ut
...sses tam crudelis in te ipsam, tantaque mala
...er tuam ingratitude tibi met fabricares?
...quàm agnosco, O Domine mi, agnosco culpas
...ficijs. Oceas, detestor mea peccata, prosterno me
...tionis, am pœnitente Magdalena ad sacratissimos
...nterni, sedes tuos, veniam humillimè imploro, &
...tutes, effluentibus lachrymarum rivulis pietatem
...aberis, am exoro. Eluam planctu amarissimo no-
...sti, fecerum mearum maculas, & curabo, ingradi-
...non, tudinem meam genuino ac perfecto amore
...etundere. Non intrabit posthac peccatum
...n cor meum; Tu, O Deus meus, eris dein-
...eps unicum objectum desideriorum, & co-
...tationum mearum. Tu unicus & ulti-
...do Deus, us finis operum meorum. Cor meum,
...cor tuum.

quod haecenus erat sentina malorum, nunc, & in æternum sedes omnium bonorum. Hoc unicè suspiro, hoc vovetur, hoc animitus apprecor.

Fructus & proposita.

UT concepti affectus tui fructificetur, omnem operam in eo collocare debeat, ut in firmo proposito, nunquam hac Deum offendendi, te stabilias. propter cogitabis sollicitè de vitæ mutatione, inquires radicem & originem peccatorum, procurabis & idonea efficacia remedia, quibus à vitijs avocari ad virtutes pertraharis; notabis ea vitia, & sæpiùs deinde releges, concepti per novo proposito in bono perseverantia, quod summopere conducet frequenter de peccatis, plangendo & ingemendo, quod tantum bonum, Deum tam misericordem, tam amabilem offendere, particulari execraberis ingratitude, oculisque in divina beneficia coniectis, bis eisdem correspondere, aures tuas ad vocem Domini, quibus vocem Domini tam gratiosè te vocantis protinùs exaudire, & in effectum deducas. Nec obliviscaris gratiam te sistere, quod in credibili pietate vitam tuam prolongaverit, tantumque beneficium concesserit, ut de peccatis dolere

rum, etiam petere, & in gratiam redire potueris,
nium dum tamen eo ipso momento, quo in pecca-
voveo tum confenferas, ad æternas inferni pœnas
condemnari potuiffes, quæ omnia vel unico
hoc fufpirio exprimi poffunt. : O Deus be-
nigniffime miferere mei, & ne memineris ini-
quitate mearum, de quibus doleo, & ingemi-
fco ex toto corde.

DIES TERTIUS.

De Morte.

MEDITATIO TERTIA:

PUNCTUM PRIMUM.

Recole paulisper, Anima devota, quòd
Vas Electionis S. Paulus Romanis fuis
paternè infinuat, dum ait : *Per unum* Cap. 5.
hominem peccatum in hunc mundum intravit, v. 12.
& per peccatum mors, & ita in omnes homines
mors pertransijt, in quo omnes peccaverunt. Si
mors in omnes homines pertransijt, confide-
rare debes, & tibi quoque cum omnibus mo-
riendum esse.

Confidera quàm fit effrons, & crudelis,
quæ nullum, feu magnates fint, feu infimi
quique, feu divites, feu pauperes, respectum
habeat. Nulla potentia, nullæ divitiæ præ-
valere poffunt, quin omnibus indifferenter

crudeli sua falce filum vitæ præcidat. necesse est.

Considera, mortem esse *ultimum terminum*, nulli magis terrificam, quam peccatoribus, qui tandem terroris ejus effectum mediabili suo damno experientur. Oportet erit terribile, relinquere vitam tantam amatam! relinquere tantas divitias, & honores, tot voluptates, & omnia, in quibus delectabantur. Terribile, dum à contentiæ Synteresi horrendum excruciatam suam vitam consideraverint. Terribile, dum jamjam agonizantes desperant intuebuntur per hanc temporalem viam sibi sterni, quâ, quasi per latissimam, infernum ingrediantur, mortem temporalem æterna commutaturi. Terribilis erit mors. O quantus terror! Considerare, æternitatem nunc adeundam hanc gressu tam incerto, ut nesciamus, utrum sit salutis, an verò perditionis simus ingressi.

AFFECTUS.

NE dubites Anima mea, sed certò moriendum tibi esse. *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Nonne moriendum? si moriendum, & morte tam terribili, cur tam es desolatus? cur non incessanter te excitas & laboras, quo suavem eam, & dulcem tibi

das benè vivendo? si aliquando divitias, & vitæ hujus voluptates deserere debes, cur non relinquis modò? An nescis Evangelicum illud consilium, quo paternè monemur, *facere amicos de mammona iniquitatis, ut cum deserimus, recipiant nos in eterna tabernacula.* Luc. 16. v. 9.

Resolve te Anima mea, clama ad Deum tuum, & plenissimè in ipsum resignata offer illi omnia tua. Ah mi Deus! si mori debeo, si omnia relinquere, ecce! nunc ex toto corde, totòque affectu omnibus hujus mundi delitijs, omnibus voluptatibus, omnibus divitijs renuntio, valedico, abjuro. Agnosco, O mi Deus! agnosco, & eheu serò agnosco, desipere animam illam, quæ suos affectus rebus terrenis affigit, quas tandem necessariò & inevitabiliter deserere debet. O me miseram & insipientem, quæ conservandæ huic perituræ vitæ tam sollicitè invigilabam, æternæ econtrà non nisi superficietenùs studiosa!

Fructus & proposita.

SI prædicta probè consideraveris, mortemquæ inevitabilem tenueris, fructus exinde deducendus perfacile patebit, odium videlicet erga hæc transitoria eliciendum, omnes mundi illecebras contemnendo. Estimulabis te proinde frequenter, atque integerrimo affectu relinques omnia illa, quæ tandem morte instante necessariò

erunt relinquenda, cui ſi aſſueveris, morte experieris dulciorem, nec grave erit, illa ferere, quæ dudum ſincero corde reſpueſciſ. Scias, O Anima, mortem plus & minus terribilem, prout vita præcedens fuerit. ſiquidem eſt Eho vitæ, *qualis vita, ſuis* ajebat S. Bernardus. Si fueris terrene quaſi ignara, & à mundo abſtracta vita grave non erit, morte adventante eundem relinquere. Si vis, ut mors non ſit tibi terribilis, benè vive, & dulceſcet; manifeſtantes, ſi fueris integra vitæ, ſceleris queræ. Quid obſecro conſilij, O Anima, rificus iſte apparitor hac horâ, hoc mortu inſtaret? fac nunc, quod tunc feciſſe peres, *expurga vetus fermentum*, præparabis bonis operibus ad hoſpitem, qui & tibi omnibus alijs, eſt inevitabilis; Emenda tam tuam, confundere, & erubeſce de omnibus negligentijs, & peccatis tota vitæ commiſſis.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONſidera, Anima devota, quemadmodum certum eſt, quòd ventura mors, & quòd omnes mori debent ita etiam certiffimum eſſe, tempus & hora mortis nulli omninò perſpecta eſſe, imò idipſum tempus tam eſſe improvifi ut ordinariè & ſpeciatiim tunc venire ſolent.

quando minimè de ea cogitatur. Nescitur, an ventura sit in pueritia, an in juventute, an in senectute, an de die, an de nocte, an quis sit obiturus morte naturali, an violentâ, an eo tempore, quo Deo est inimicus, an quo est amicus, & in gratia. Magnum tormentum est animæ peccatrici, considerare, quod mori oporteat, absque eo ut tempus præsciatur. Considera, tempus & horam mortis esse omni tempore, & omni horâ, quia singulis momentis mori possumus. Debere mori magna est poena, major tamen nunquam nôsse tempus.

AFFECTUS.

Dimitte me, O Deus amantissime, *Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum. Ah! Pœdet animam meam* Job. 10. v. 20.
vita mea. Ubi honores, ubi divitiæ, ubi scientiæ, tantoperè à me quæsitæ? Hodie sunt, & cras non comparent. *Dimitte ergò me, Deus meus, ut plangam stultitiam, & infipientiam meam. Ah miseram me & infelicem! O execrandam desidiam meam! O negligentiam nullo avo, nullis lachrymis, satis eluendam! Mors tam sit certa, tempus & hora tam incerta, & ego quasi horum omnium superior tam sceleratè vixerim? Omni momento mori possum, ergò omni momento parata ero. Vivam nunc, ut semper possim*

possim vivere. Quid, O miserabilis Anima mea! tibi proderit, divitijs abundasse, ab omnibus fuisse amatam, doctam, in honore existimatione, & respectu habitam, si de morte nihil de morte somnians in tua inopia, & desidia à morte impeteris? Quid utilitatis divitiarum, quid honores, quid felicitatis? Nihil profus. Id unum, & felicitas juvabit, fuisse ad mortem rite dispositam. Facecite ergo omnia hujus mundi blanda, procul este divitiarum, procul honorum, & scientiarum indebitè quasitarum, nolo vos persequi hac, nisi quantum ad Dei gloriam, & meam salutem fueritis proficuarum.

Fructus & proposita.

Quid aliud Divinam Providentiam tanta mortis incertitudine intendit, nisi se autumas, Anima devota, quare inde deducemus, quanta sollicitudine mortem nos præparare debeamus? Cur igitur, ita semper vivere, quasi quilibet ultimus tibi foret. Nunquam magis cavemus, quam dum præparationem hanc in medium quantum audactuli differrimus. Omnes errores in transitorijs hisce bonis commissi nulli sunt, desidia huic comparati enim solis terrenis, & ut plurimum temporali vita, privant, hæ vero cælestibus & æterna. Ne itaque desidia huic nimis indul-

indormias, nihil non age, ut eam penitus excutias, oculis identidem in peccati mortalis scditatem & horæ mortis incertitudinem coniectis, hoc enim facto, peccatum unicum æterni exitij causam studiosè declinabis, talitèrque vives, ut nunquam truculentus ille hostis improvisam & incautam adoriri possit. Quod si forte in lethale aliquod peccatum lapsa fuisses, idque per sacramentalem Confessionem nec dum abluisses, quàm primum potueris id te facturam propone, adeò, ut si fieri possit, nec per momentum in eo permanear, ne forte morte præoccupata miserimè pereas. At! quid audio te lamentantem? opponis mihi, subinde nec tempus, nec occasionem deponendi peccatum tibi adesse.

Ah! miseram te. Sit, ut utroque, tum tempore, tum occasione, subinde sis destituta; En aliud remedium efficacissimum! Mox, ut peccaveris, actum contritionis elicitò, qui consistit in interno dolore de Deo summo bono offenso, cum efficaci proposito nunquam posthac Deum offendendi, omniàque peccata, quantum possibile fuerit, sacramentaliter deponendi, hoc si feceris, æque eris ad mortem parata, ac si sacramentaliter confessu fuisses, nec est, cur mortem improvisam formides, illis enim, qui verè de suis peccatis doluerint, & per confessionis, aut saltem contri-

contritionis lachrymas in gratiam Dei stituerint, mors nunquam est improquin potius avidissimè eam singulis mentis expectant.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, Anima devota, me-
utilitatem, quæ ex meditatione
ris resultat; hac siquidem abi-
peccatum, unicum & summum hujus
malum, ut idcirco paternè monuerit Spiritus
Sanctus: *Memorare novissima tua, & in
num non peccabis.* Tantam sanè efficaciam
in se continet frequens hæc rememoratio
vel umbra peccati se insinuare nequeat
animam talibus cogitationibus intentan-
fenderit. Considera, corpus tam delicatum
tam benè nutritum, pulchrum, & vegetum
exiguo temporis intervallo pallere, de-
suo robore & emarcescere, oculi in di-
fas excavantur, quibus vitam humanam
condant. Corpus nec dum mortuum
nec cogitatur aliud, nisi ut ad sepulchrum
portetur inter cadavera proijciendum
mnes machinæ, omnes conceptus in o-
stabiliti in fumos abibunt. Internæ
passiones seu totidem vitæ peractæ
corpore migrabunt, quo autem successu
in cœlum, an in infernum, soli Deo
gnitum, quod ipsum tantas angustias

Eccles.

7. v. 40.

tiet, ut omnes quascunque excogitabiles
hujus mundi pœnas longissimè superet. *Me-*
morare ergò, Anima devota, novissima tua,
& in aeternum non peccabis.

AFFECTUS.

Siccinè, amantissime **J**esu? ergonè in
aeternum non peccabit, qui mortis se-
dulò fuerit recordatus? O mors! O de-
licia! O solatium meum! fugite, excussi te
ex corde, & animo meo, sed infelix, & mise-
ra. Ah! urinam aluissem te semper in o-
mnibus cogitationibus, desiderijs, & affecti-
bus meis! beatissima jam essem ex omnibus
creaturis, quia Deo omnis boni objecto pro-
xima. Sed, O factum detestabile! elonga-
vi me à dilecto meo, respui, contempsi, ne-
glexi. Ah! peccavi! peccavi! & hoc, quia
novissimorum meorum non sum recordata.
Memorabor posthac, O Domine benignissi-
me, nil aliud cogitabo, nil in corde fovebo,
quàm quod à tua offensa me retrahere pote-
rit, mortem videlicet, & novissima mea. Ah
Deus meus! concede mihi gratiam, ut sem-
per mortis meminerim, ne tandem male mo-
riar. In mortem, in mortem, Anima mea,
omnes cogitationes tuas reflecte! hoc enim
facto semper benè vives, nec unquam time-
bis mortem, cum ijs duntaxat sit terribilis,
qui vix unquam de ea cogitant. Comprime
inor-

inordinatos affectus tuos, Anima mea, tam tenerè amare corpus tuum certò moriturum. Ama te ipsam, te ipsam & excole, castiga corpus, in servitute ge, & tibi plenissimè subijcito, ne trando unà tecum æternum pereat. pus fætïdum & abominabile! ergo rieris? si morieris, cur adeò foveam fovisse pœnitet, non fiet posthac, meus! Ad te, ad te incurvabo, & omnes cogitationes, omnes affectus & deria mea. Facefcite jam sæculares abite voluptates & carnales illecebras, possum ultra vobis attendere, Deus solus objectum & illicium meum.

Fructus & proposita.

Anima devota, ne malè moriaris, semper mori, firmum statuendum; & certo teneas, impossibile quod ut anima mortem consideret, & non evat. Recordare, tot aliorum obitus Deo tibi propositos, non tantum, ut considerares, sed ut de tuo cogitares. Cœ ratio mortis est summa spiritus magis paucis plurima edocens. En! tibi primum documentum, quod magister continuo suggerit: *Declina à malo ad bonum!* facillimè siquidem à malo ab

& peccatis renuntiat, virtutique se dedit, qui
morti est intentus. Hanc ergo semper co-
gita, hujus imaginem è corde tuo nunquam
excidere permittas. Relinque Mundum, &
quidquid est in illo. Non est virtutis, mor-
te instante, Mundo valedicere, cum id coactè
& necessariò fieri debeat, relinquere autem
corpore adhuc valido & viribus integris, he-
roici animi, & magnæ virtutis est indicium,
nec id grave erit, aut difficile cogitanti, quod
mori debeat, & cum morte omnia relinque-
re. Si tandem, cur non modò, ubi adhuc est
reges meritorum? Vides Anima devotà,
quam exuberans fructus ex consideratione
mortis resultet? Ergo semper eam confide-
ra, & cresces in amore Dei, inflammaberis
erga virtutes, nec aliud quidpiam desidera-
bis, quàm propinquum ex hac vita decessum,
ubi ab omnibus mundanis libera æternum
cum Deo vivas. Mortem considera, & sem-
per eris parata. Stude, ut vel singulis
horis, aut certè in obvijs peccandi
occasionibus tibi ipsi suggeras:

Morieris.



H

DIES

DIES QUARTUS

De Judicio Particulari

MEDITATIO QUARTA

PUNCTUM PRIMUM.

Considera, anima devota, cogitationem mortis esse cogitationem particulariam respectu illius, quod tuo hoc corpore, animam expectat, Deo sistetur, particulare suum judicium tura. Considera, hoc ipsum particulare iudicium eo instanti futurum, eoque momento, quo anima è corpore migrabit. mentum, à quo pendet aeternitas. mentum horrendum, terribile, dum! ab hoc momento animæ pendet aeternitas. O cælum aeternum! O aeternum! O momentum! quo aegreditur aeternitatem. O momentum

AFFECTUS.

Ergo O anima mea! à tuo iudicari debebis, & tamen tamen cum curas? vita tua è momento compacta; in uno momento debes uno ad tribunal sisti, & iudicari, quodnam ultimum vitæ tuæ momentum

futurum, & tamen tam negligenter vivis?
Ah miserabilem me! quæ tam exiguam rationem de vitæ meæ momentis inivi, & tamen ab unico momento omne bonum meum dependet. O momentum! O momentum! quàm semper præ oculis es habendum! Ah! Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo omnia momenta vitæ meæ, ut in quovis momento ritè disposita coram te fiducialiter comparere possim.

Fructus & proposita.

A Nima devota, omni momento lucrari potes cælum, & infernum. Est igitur, cur omnia momenta magni æstimes. Discute interiora tua, & considera, quàm parum hæc momenta æstimaveris, dum singulis vitæ momentis tam fuisti incuria, & tepida, quasi non haberes, unde Deo Judici rationem redderes, aut tandem quodam momento ad judicium vocanda esses. Emendabis igitur vitam tuam, & cum in uno momento sis moritura, in uno ad judicium vocanda, atque id ipsum momentum penitus ignores, statue de omnibus momentis calculos subducere, & per omnia momenta vitam tuam benè instituire. Cum tepidam te, & à mundo tentatam adverteris, momentum hoc in memoriam revoca, & cogita,

gita, fortè hoc ipsum, quo tentaris, et
te pescis, ultimum esse, & hinc bene tra-
gendum, ne indisposita, culpabilis, & con-
tis vacua appareas.

PUNCTUM SECUNDUM

Considera, Anima devota, omnia
rum, ubi ubi commorata fueris
tibi in locum iudicij, quia in omni
co mori potes, nec iudicium hoc parti-
certo quodam loco est constrictum
terminatum, sed ille erit locus iudicij
fuerit obitus tui; ubi mors filum vitæ
ciderit, ibi erit & tribunal tuum, sive
mari, sive in terra, sive in præruptis
tibus, sive in profundis vallibus, sive
biculo, sive in platea, sive in lectulo
denique in quavis obvia via. Nec
le circumveniri, aut decipi poterit,
te invenerit, talem te iudicabit, & qui
iudicaverit, talis æternùm permanebis.
lus hic appellationi erit locus, cum
absolutissimus rerum omnium Dominus
taque ejus jurisdictio & auctoritas
majorem non agnoscat, nec legibus
alijs adstringi possit.

* * *

*

AFFECTUS.

AH! juste Judex, ausim te nunc compellere Dominum meum & Deum amantissimum. Scio quidem, & dolens fateor, sceleratam vitam me hactenus vixisse, scio, tam tui immemorem fuisse, ac si non omnia opera mea severâ tuâ lance esset trutinaturus. Perversis meis moribus fallibilem te & excæcandum judicem fabricare mihi volebam, sed, O me ipsam fallacissimam, deceptam & excæcatam! Video nunc & agnosco, quàm omnividens oculus tuus tenuissima quæque acutissimè rimetur & clarissimè intueatur. Miseram! quæ unquam in hoc Mundo securam me credidi, & tamen ubique, & omni tempore, severissimo tuo judicio fuerim supposita. Ah! anima mea, formida & contremisce omnimomento, & in omni loco, quia semper promptus adstat severus Judex, ut judicet te.

Fructus & proposita.

Satis, ni fallor, advertis Anima devota, quàm desipias, dum male vivis, si enim ante legitimum suum judicem constitutus, secluso omni respectu & timore, nihilominus perverse quis ageret, an non nimium audax & temerarius foret? Judex tuus severissimus

H 3

verissi-

verissimus semper, & ubique tibi adfuerit. Tuusque locus futuri tui iudicij sedes esse testis, si ergò malè vixeris, nec de instituta optima vita fueris sollicita, nunquid nimium audax, & temeraria proclamabit? Nullus sanè vel minimam securitatem unquam promittet, nec erit, qui vobis præfagiat, se, hoc ipso momento, non iudicium avocandum. Quid ergò cogitas, Anima devota? Hanc ipsam incertitudinem, quantò intimiùs vales, cordi tuo impendit, cogita, iudicium tuum particulare certurum, ubi autem, quo tempore, venientem penitus incertum esse, ut adeò, si saltem volueris, omnimodis incumbat, hoc momento vitam & mores immutare, ut non pro præteritis plangere & ingemiscere, sed efficaci proposito, viam perfectionis simplicem decurrendi.

PUNCTUM TERTIUM

Considera, Anima devota, quem dum ipso obitùs tui instanti præsentanda, à quo de omnibus tuis & operibus, de omnibus peccatis, gravia, seu levia fuerint, de omnibus actionibus, non solùm magnam Dei misericordiam includentibus, sed & de otiosis strictè dicaris. Credas, Deum omnes hoc

minuta vitæ tuæ annotâsse, omnesque gressus tuos distinctè dinumerasse. *Nonne ipse Job. 31. considerat vias meas, exclamabat Job iudicio v. 4. huic intentus, & cunctos gressus meos dinumerat? si ambulavi in vanitate, & festinavi in dolo pes meus.* O quàm magna tum erit miseria animæ! Si ante se viderit Judicem iustum & rigorosum, Judicem omnia perfectissimè cognoscentem, Judicem, cuius sapientiæ nihil est occultum, Judicem, qui nec circumveniri, nec decipi potest. Quàm magnus erit ejus terror! cognoscat, omnes hujus vitæ desolationes non esse nisi consolationes respectu calamitatis, quàm tunc experietur. Pauper & inops peccatrix anima videbit vitam suam pessimè traductam annos in vitijs consumatos, seipsam propinquum infernalium flammarum pabulum. Ah! quantis angustijs infelix torquebitur, cùm viderit iustum & inflexibilem Judicem, Judicem, qui nihil intueatur, nihil æstimet, nisi virtutes, quibus tamen illa careat.

AFFECTUS.

Quæ in hac tanta, tamque justij iudicij consideratione tibi mens, quæ cogitatio, Anima mea? vix obiter virtuti invigilas, & pleno cursu vitia sectaris; culpæ tuæ sunt infinitæ, bona opera, vel nulla,

la, vel exigua, gratiæ à Deo concessæ sunt
 numeræ, ingratitude tua immensa, &
 multiplicabilis. Hæccinè reddidisti Deo
 tuo anima stulta & insipiens? an iste
 spirationum, ab amantissimo tuo Jesu
 missarum, est effectus? Hæcnè seria
 emendatio, ad quam tantoperè invitatus
 In quemnam miseriarum abyssum demersus
 sunt optimæ occasiones ad benè agendum
 concessæ? Istenè vocationis tuæ terminus
 Hæccinè pro tantis, tam immensis, &
 meritis bonis est retributio? O miseram
 ingratitude nullis lachrymis satisfactam
 dam! Quid facies in die illo tremendo
 quando cœli, id est, nobilissimæ tuæ potestatis
 movendi sunt à terreno corpusculi tui
 lo? Revertere, revertere peccatrix
festina tempus, & memento finis vitæ tuæ
 memento extremi tui iudicij, muta cogitationes
 & cogitationes tuas transitorijs voluptatibus
 nimium quantum immerfas, abhorre
 execrare peccatum omnis mali fontem
 originem, metue in hac vita, ne habeas
 formides coram Iudice illo tam tremendo
 & rigoroso, ingemina affectus, & clamor
 ad Deum tuum, clama & invoca: *Non
 in iudicium cum servo tuo Domine,
 non justificabitur in conspectu tuo
 omnis vivens.*

Eccles.

36. v.

10.

Fructus & proposita.

Quo securior, magisque consolata formidabilem illum diem opperiaris, stude in hac vita iusto semper amore constringi. Timor hic offendendi Deum, consolatio est, particularis iudicij terrorem & amaritudinem summoperè indulcorans. O quam insipienter agunt, qui timorem istum in annos seros reijciunt! Noli differre, Anima devota, ne forte morte præoccupatâ subito ad strictissimum examen avoceris, ibique minùs habens inventa plectaris poenitentia æternum duraturâ. Si salvari cupis, si suffragia expetis, Christianas virtutes amplectere. Hæ, anima devota, hæ erunt patronus, hæ via, hæ clavis ad vitam æternam, sine his actum agis, quidquid agis. Hoc igitur statim momento excita ingentem de peccatis dolorem, cogita de comparandis virtutibus, examina omnes cogitationes, omnes motus, omnia verba & nutus, propone adhuc in vivis severam subire poenitentiam, ne Judex habeat, quod in tremendo illo die castiget. Ne tamen credas, hoc ipsum propositum efficax futurum, si divinam opem non imploraveris, quâ succurrente mentis oculi operiantur, quibus penitiùs intropicias, quàm sit terribile, ante severum tribunal sisti debere. Memorare diem hunc,

H 5

Anima

Anima devota, memorique mente sapientia volue, & cordatè tibi promitto, sed hanc memoriam adeò tibi profuturam toto nisu sis allaboratura, quatenus perfunditùs eradicatis virtutes implantentur. Judicem adventurum suavi suo odore volum reddituræ.

DIES QUINTUS.

MEDITATIONES

Pro via illuminativa.

Anima devota, in via purgativa nihil progressa, ejurato per penitentiam peccato, & omnibus execratis, quæ sunt offensa Dei, unacum omnibus occasionibus ad eundem offendendum inducere valentibus, aliam viam persequitur, quâ mediante ad perfectionem quam suspirat, devenire possit, & hæc est illuminativa.

Via hæc incessu non est tam difficilis quàm erat purgativa, quia anima, gravata deinde culparum liberata, melius est disposita, & consequenter facilius peragitur, velociusque ad montem perfectionis ac vitæ sanctimoniam progreditur. Illam tamen negare, quin & hæc suas dicitur.

tates patiatur, utpote cujus præcipua intentio est: Comparare virtutes Patientiæ, humilitatis, Charitatis, obedientiæ, perfectæ passionum mortificationis, pauperitatis & castitatis, ad quod utique firmo sustentaculo opus erit; sustentaculum autem idem erit, quod pro via purgativa assignabatur, ubi te stipabas cum Jesu, & Maria, cum S. Josepho, & alijs Sanctis Patronis tuis, humillimè eisdem supplicata, ut in omnibus succurrerent, omnesque difficultates tollerent, quo tandem securè ad optatum perfectionis montem perungere posses. Hoc idem & nunc facito, viaticum desumptura è nonnullis vitæ JESU CHRISTI, Redemptoris nostri, mysterijs.

DIES QUINTUS.

De Incarnatione, & Nativitate Filij Dei.

MEDITATIO PRIMA:

PUNCTUM PRIMUM.

CONSIDERA, quantum nobilissimæ Dei creaturæ, Angelus & homo, creationis suæ beneficio fuerint ingrata, dum & hic, & ille peccaverunt, uterque Deo creatori

tori suo rebellis, & pœnam aeternam com anim
 ritus. Nihilominus solus Angelus rig natu
 Dei iustitiæ in prædam cessit, homine re sol
 corditer præservato. Solum hominem te un
 nigno & placabili vultu respexit, pro set, u
 lo remedium determinando. Et licec aliaru
 niti modi, & viæ eundem salvandi fuit Omi
 præ omnibus tamen viam Incarnatione tanto
 git, tamquam medium magis propor Incar
 tum, magisque expressivum sui amoris totun
 sidera, quomodo Filius Dei, verbum sinu,
 num carnem humanam in purissimis Maria
 nis visceribus assumpserit, & factus imme
 triginta trium annorum curriculo vitæ tutu e
 xerit perfectam, sanctam, ærumnisque bilem
 nam; tandem in ignominiosa cruce lum d
 tuus, ubi in monte Calvariæ, quasi in rias h
 dam amoris balneo, sanguinis sui dispe En!
 diluit omnes omnium peccatorum ma dispo
 Morte sua amarissima dedit homini, pe dono
 catum mortuo, vitam, & qui millenos Renu
 nos promeruerat, capacem reddidit par bus, o
 culi.

AFFECTUS.

O Homo! O quàm es obligatus human
 tuo! O quàm Domino tuo es ob tibi ex
 cta Anima mea! Noveris anima & in p
 mnes omnium hominum obligationes quo tu
 soli incumbere, quia, tamen pro omneo ex
 au

animabus mortuus sit Deus tuus, ita tamen
natus, & mortuus est pro omnibus, sicuti pro
te sola; si tu unica & sola fuisses in terra, pro
te unica & sola descendisset & mortuus fuisset,
ut ad eò in te sola omnes quoque omnium
aliarum animarum obligationes reperiantur.
O mi Deus! quàm me amasti? quandonam
tanto amori respondebo? Tu totum te in
Incarnatione mihi donasti, & ego non me
totum redonem. Tu, relicto Patris æterni
sinu, descendisti in sacratissimum Virginis
Mariæ uterum, ubi, conculcata mea superbia,
immensum tuum amorem venerabundo ob-
tutu enucleatiùs ponderem. Tu in misera-
bilem hunc mundum venisti, crucis patibu-
lum & mortem ipsam subiisti, & ego mise-
rias horream, cruces fugiam? O mi Deus!
En! me totam in divinos tuos amplexus, &
dispositiones resignatam, totam me tibi
dono & offero, tu totam accipe & posside.
Renuntio ex nunc omnibus commoditati-
bus, omnibus voluptatibus, & illecebris sæ-
culi. Detestor, execror, & abominor mun-
dum cum omnibus reculis suis, tibi adhære-
bo, te sequar, te amabo, & cum tu carnem
humanam assumpseris, ut peccatum summè
tibi exosum destrueres, Ecce! ego ex nunc,
& in perpetuum abominor omne peccatum,
quo tuis vestigijs perfectiùs insistam. Do-
leo ex toto corde de omnibus peccatis meis,
firmiter

firmiter statuo ac propono, me nunquam amplius te offensuram. Ignosce Omnia quæ hactenus peccavi; dele peccata, & negligentias meas.

Fructus & proposita.

CONSIDERATIS tot beneficijs à Deo concessis, erubescere Anima devota de maxima tua ingratitude confundere, nec ullius beneficij accipientem dignam te reputa, quia verè ulterioris dignus, qui de prioribus fuerit indignus. Propone in posterum tanto amoris respondere, quod fiet, si eidem totam tuleris, aut saltem offerre studueris. Iste, Anima devota, Dei filium Incarnatum ut peccatum ex hoc Mundo exterminare concurre tu obtinendo huic fini, conde de ejus voluntati, destrue peccatum, & que Dei offensas pro posse declina. Dei filius in sua Incarnatione totum dedit, stude & tu, tota ejus esse, totum à creaturis te sequestrando, omnia majorem ejus gloriam dirigendo.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA, anima devota, quod Dei, completis novem mensibus

bus in utero materno delituerat, tandem nasci voluerit, sua presentia omnem hominem, opacissimis errorum tenebris involutum, illuminaturus. Ubi tamen singulariter observes, ad hoc non selecta fuisse Principum palatia, aut nobilissimam quandam totius universi civitatem (quod utique facere potuisset, utpote Rex gloriae, & Monarcha totius mundi) sed oppidulum quoddam inter totius Orbis ignobilissima, & in eo non domum praecipuam, sed stabulum abjectissimum; clarè per id innuens, quàm esset humilitatis amantissimus, quàmque nihili aestimaret vanitates, & pompas saeculi. Et mirum sanè, quòd, quo quis humilitatis fuerit studiosior, eo magis emineat. Testis sit Redemptor noster, qui sua humilitate non modò nihil deperdidit, sed potiùs gloriosissimè eminuit, ab ipsismet Angelicis Spiritibus, ut Deus & Dominus omnium adoratus, atque ut talis toti Mundo propalatus. Considera, nec ipsosmet homines hoc latuisse, sed omnium sapientissimos ab Oriente advolasse, eumque Regem, Deum, & hominem verbo & opere contestatos fuisse, unde habes, Dominum tuum non diligere, nisi, qui in suis cogitationibus fuerint humiles & abjectæ, easque animas tanto dignius Dei habitaculum futuras, quanto se magis humiliaverint.

AFFE-

AFFECTUS.

O DEUS meus, quomodo cum tanta
 jestate, quam in te video, & ve
 bundè adoro, consistere potest
 humilitas? quomodo est possibile, anima
 ut te possis elevare, dum Deum tuum ad
 miliatum intueris? unde obsecro tant
 te desiderium erga mundanos hono
 dignitates, dum consideras, Dei Filium
 suo habitaculo stabulum, pro lectulo
 pe elegisse? O Domine mi! En supra
 me, concede, mi JESU, & mihi virtute
 tantopere à te amatam. Ah! quàm
 conveniens, ut despectissimus terra
 culus se exaltet, & commoditatibus
 hiet, dum Deus Deorum & Domina
 minantium adeò se humiliat, tant
 comoda eligit, & amplexatur!
 O mi Deus, Ah! video, & ex hac tua
 tate probè addisco, nihil mihi in hoc
 eligendum, quàm vilissima quæque,
 ad tuum exemplum me deprimam &
 liem.

Fructus & proposita.

Disce, Anima devota, delicat
 affectus seponere, nec in insol
 menta effundere, cum levit
 qu

quibusdam reculis orbatam te sentis; reflecte oculos tuos in Dominum, vide & considera, quam is omnibus commodis renuntiaverit, omniaque terrena consumpserit, ut adeò summoperè confundi debeas, dum te adeò tuis commodis addictam cernis. Quòd si non es ita erga Deum inflammata, ut ultrò incommoditates eligas, sustine saltem patienter, quas à Deo immixtas adverteris. Crede, nunquam te à Deo magis diligere, assisti, aut majori bono præveniri, quam dum commoditate aliqua te privat, nonnullisque tribulationibus exercet, tum enim verò in genuinum filium te eligit, cum quò magis amat, eo castigat magis; ne itaque ob quavis adversa continuò in murmur erumpas, quin potiùs Deum tuum tamquam summum Benefactorem lauda & glorifica.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, Anima devota, beatissimam Virginem, instante partùs sui horâ, stabulum ingressam, ubi facie ad orientem versa, lumen illud indeficiens, quod totum Mundum illuminaret, humillimè & avidissimè expectabat, totoque corpore in orationem composito, elevatis in cælum oculis ac manibus nihil aliud desiderabat, quàm splendidissimum illum Solem à Patriar-

triarchis & Prophetis tantopere deli- Errav
tum intueri, basiare, castissimis comple- meur
constringere, quibus suis obsequijs pro- nian
& demereri. Considera orationis terrar
ciam, vix enim in preces resoluebatu- meun
uti S. Brigittæ revelatum legimus, in er- ram.
rapta profundissimæ contemplationi arduu
quam omnium deliciarum Oceano im- lo sem
dilectissimum suum, & Dei filium terrar
schemate vestitum in lucem edidit. misera
sidera, O anima devota, delicias inex- luisti i
les à beatissima Virgine tunc degustata- es, ub
tantæ erant, ut, quemadmodum B. Au- venire
asserit, vox, pectus, & omnes ejus team.
inennarrabili lætitia oppressi palpita- quare
Vix conspectum, ut Deum ac Do- verato
suum humillimè in terram prostrata- atulo
vit, & maternis brachijs constringens- num m
fissimis affectibus salutavit dicens: Be- nea: I
neris Deus meus, Dominus & filius meus on in
ncuba
e quic
oluit

AFFECTUS.

O Anima mea! benè considera- taque
Deus concipiatur & pariatu- lacidi
tione. In rerum cœlestium cœ- Domin
platione invenitur Deus. Ah mi Deus meus,
ties te quæsi, & meritò, meritò te non fer
veni, quia non in cœlo, nec in cœle- et tam
sed in Mundo, & ejus vanitatibus te non fu

Erravi, O Deus meus! Confiteor errorem meum, emendabo posthac, &, ut te inveniam, orationi insistam, in cœlum & non in terram oculos reflectam, ibi, ibi te bonum meum & unicum cordis mei solamen quaeram. Sed ecce! Anima mea, si fortè nimis arduum tibi videretur, affectibus tuis in cœlo semper consistere, En! Dilectum tuum in terram delapsum. O mi Jesu! Ergone in miserabilem hunc Mundum descendere voluisti? Dic mi Jesu, edissere dilecte mi, ubi es, ubi cubas, ut te unicum bonum meum invenire, exoculari & æternum possidere valeam. Deus es tu, & Dominus omnium, quaerendus ergò in palatijs, in præcipuis Imperatorum aulis, jacebis utique in molli gratulo, milleno stipatus famulitio. Et quis tibi mihi misellulæ aditus? Ah erras anima mea: En! humillimum Redemptorem tuum non in palatijs, sed in stabulo, non placido incubantem thalamo, sed fœno durissimo, & quidem in præsepio. Hic, hic reponi soluit, ut facilius tibi esset aditus. Hunc itaque ama, hunc adora, O anima mea, huic lacidissimè inclama: Ave Rex Regum, & Domine Dominantium: benè veneris Deus meus, te semper amabo, tibi serviam, tu solito te semper eris objectum lætitiæ meæ, non in cœlestem, nec admittam voluptates alias, quæ non fuerint in te, & propter Deum meum.

Fructus & proposita.

Meditationem hanc utiliter dirigere ad venerabile sacramentum; quod propter dum verum Dei filium gustissimo Missæ sacrificio elevari certum quod plus est, si eundem in pectus tuum in omni stabulo horribilius introeuntem aspicias, toto pectore constringes, & in qua poteris, humilitate adorabis; nec te ardentissima desideria elicere, et unum verum Deum absque velamine in di, æternumque in Paradiso possidentem facie ad faciem intueri liceat. Imitatissimam Virginem Filiolo suo tenerè blandientem, & roga, ut inter nos illius tibi impetret, quibus ipsa tunc exarsit; & cum oratio humilitatis nubes penetret; indignissimam te qua Deum aspiciat, ne dum intra suum recipiat. Lauda Beatissimam nem, omnibus licet virtutibus rutilantem nihilominus tamen coram unigenito suoque filio adeò humilitatis studiis. Alloquere eandem, & adgratulare ei honorem, tantamque gratiam sibi, Mundo per dilectissimi filij sui humilitate exhibitum; Stude ejusdem amoris te inflammare, semper in Deo gaudere, eademque semper tam tenerè contentam

quemadmodum ipsa tunc fecisse constat. Neu tamen credas, quosvis affectus, aut nescio quas preces quidquam profuturas, quum terrenis voluptatibus adhæseris, scias potiùs, Deum omnia bona opera minimè rata habere, nisi prodierint ab animo puro & à vitijs expurgato. *Bona est oratio, sed, cum jejuniis, si nimirum à peccatis jejuni, & liberi fuerimus, si itaque preces tuas efficaces cupis, discute teipsam, & dole, quòd te tam miserè in Mundi hujus voluptatibus deperdideris, & incauta immerferis, quæ tamen spiritum tuum recreare, & ad unicum bonum tuum perducere minimè poterant. Quantòque prius terrena & corpus tuum foveras, tantò nunc contemne & spiritui subjuga.*

DIES SEXTUS.

De ijs, quæ Christus in privata adhuc vita à duodecimo anno usq; ad trigessimum egit.

MEDITATIO SECUNDA: PUNCTUM PRIMUM.

A Nimæ in via illuminativa constitutz optimus progressus erit, cum per semitam virtutum incesserit, in id

unum semper intenta, ut Christi primò
potissimi viæ hujus Magistri virtutes in tuo.
tur. Unde optimè feceris, Anima de super
si vitam Christi consideraveris, & nunc & nunc
dem, quæ in vita privata egit. fastu

Luc. 2. Considera itaque quomodo duodecim
annos natus à Disputatione in templo fund
Doctoribus habitæ reversus cum Joseph mea
Maria in Nazareth secesserit, utriusque temp
guem obedientissimus: *Et erat subditus bo m*
Continua ejus exercitatio erant actus huius amor
tatis & obedientiæ. Gloriosissimæ suæ amor
paræ & Josepho obtemperabat tam
suis majoribus, omnia vilissima quæque
nisteria subeundo: Verrebat domum
struebat mensam, laborantem Nutri
studiosissimè juvabat. Functiones pri
dissima consideratione dignissimæ, ac
eo capite magis obstupescendæ, quod stere.
met Dei filius Creator, & Dominus omni
obediverit, & subjectus fuerit creatura totum
no ar
calca
nis es
num
rideb
fueri
latur
plus
obed

AFFECTUS.

A Desto, Anima mea, ediffere, quæ
summæ dementiæ angulus super
tuam recondat, ubinam fundetur
tus fastus tuus. O sceleratissimam te
non solum dedignaris te subijcere, & ob
re personis inferioribus, sed & majoribus

imò recusas obedire, & famulari ipsimet Deo tuo. Confundere, Confundere mortalium superbissima, subingredere tectum vilitatis, & nihilitatis tuæ, detestare intolerabilem fastum tuum.

Ah! quàm miserabilis sum ego! Confundor, O mi Deus! & erubesco de superbia mea, dum tantam humilitatem tuam contemplan. Mutabo cogitationes, immutabo mores meos, submitto me ex nunc tuum amore omnibus creaturis, quibus tu te ipsum amore mei subiecisti.

Fructus & proposita.

CRede, anima devota, virtutum & via spiritualis excellentiam in sola humilitate & abjectionis exercitijs consistere. Munia honorifica acquirendo spiritui parum deserviunt, humilia plurimum; totumque hominem mirum in modum divino amore inflammant. Actus humilitatis calcaria sunt, quibus anima in via perfectionis extimuletur. Opus omnium nobilissimum est, servire Deo, quod tanto eidem ardeat magis, quanto anima in abjectioribus fuerit studiosior. Plus meretur, qui famulatur in abjectis, quàm qui inter honores, plus qui servit in humili statu pauperis, & obediens Religiosi, quàm qui in Prælaturis, & ho-

& honoribus sæculi. Deus non exiget
 tionem ab homine, cur non fuerit Præ
 aut superior, inquireret tamen, cur non
 humilis. Accendere igitur ad arripie
 exercitium humilitatis, confundere in
 superbia, omnesque tuas delicias in frequ
 ti actuum humilitatis exercitio defige,
 tanto majori gustu exequeris, quanto pe
 veris, id ipsum ab ipso met Dei filio quam
 diosissimè præstitum. Quod ergo in
 amore tui vilissimæ creaturæ, facies tuam
 ipsius Domini Creatoris ac Redemptoris
 tui. Famulare Domino tuo cum humilitate
 te & reverentia, cujus stimulum & ex
 plar accipe à famulis terrenis Principibus
 summo fervore famulantibus, à quibus
 non nisi exiguum quoddam præmiolum
 rare possunt, tu e contra à Domino tuo
 mia æterna.

PUNCTUM SECUNDUM

DE benedicto Redemptore nostro
 statur S. Lucas, eum per exactissimam
 obedientiam Parentibus exhibuisse
 crevisse ætate, sapientiã & gratia coram
 & hominibus: *proficiebat sapientia, et
 gratia apud Deum & homines.*

Considera anima devota, Redemptoris
 tuum non fuisse capaxem ullius aug

nec in sapientia, nec in gratia, utpote qui primo conceptionis suæ instanti utramque in infinito gradu possidebat, ut adeò ultra proficere non potuerit; sed profecisse dicitur propter exercitia exteriora, in quibus semper majora sapientiæ, scientiæ & gratiæ suæ indicia demonstrabat, unde facile deduces, quantopere in virtutum exercitio allaboraverit. Christus Dominus erat ipsa sanctitas, & tamen eandem singulis diebus majori virtutum incremento manifestabat, fugiebat omnes voluptates, semper & unice orationi & operibus charitatis deditus. Omnem non movit lapidem, quo semper aliquid pro nobis pati posset. Considera, quales omnes ejus cogitationes fuerint, omnes sanè ad nostram salutem directæ.

AFFECTUS.

Nosse cuperem, quid cogitares, Anima mea, dum vides omnes cogitationes Domini tui in tuam salutem tetendisse. Ipse tantâ sollicitudine in tuam salutem ferebatur, & tu tam es incuria. Ah! miserabilem te, ostendis sanè parum te de salute sollicitam, dum affectu tam exiguo in virtutes traheris, quæ tamen solæ ad gratiam & gloriam deducunt. Proficit Dominus tuus in gratiâ, sapientia, & alijs virtutibus; &

tu, quasi horum omnium non esses indigenti-
 hili aestimas. Miscellula anima mea, ergo
 toto die viam vitiorum decurres? Ergo
 Mundi hujus delitijs semper inhiabis? In-
 per in vanitatibus otiosa vagaberis? In-
 absit hoc, O Deus meus! Errabam, errabo
 O mi Jesu! dum amore proprio excor-
 relictis virtutum radijs, in medijs vitio-
 tenebris ambulabam. Ah! quæ nubes
 densa affectûs depravati efficere potuit,
 non viderem errorem meum? Doleo,
 Deus, doleo, deploro & sepono ex nunc
 mem negligentiam meam, renuntio om-
 bus Mundi blandimentis, non amabo
 hæc vitia, sed virtutes, tantoque eas am-
 ctar, quantò priùs abominabar.

Fructus & proposita.

Non est, Anima devota, cur anxie
 ceps inquiras, quâ potissimum
 perfectionem devenire possis.
 flecte oculos ad vestigia Redemptoris
 videbis, quantis passibus in sapientiâ & p-
 tia processerit, & hoc nulla alia via au-
 do, quàm sedulo virtutum exercitio.
 ipsum & tu arripas, & viam habebis.
 tamen existimes, nomen virtuosi eum
 ri, qui non singulis quasi momentis in vir-
 creverit, cum in hac via medium non de-

aut enim progrediaris, aut retrogrediaris, necesse est, quare te ipsam indies accurate disquire, & si tenues progressus te fecisse deprehenderis, dole & ingemisce, nec pedem retrahere, quousque novo concepto fervore ad statum tui perfectionem deveneris.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, Anima devota, in quorum oculis filius Dei creverit; *apud Deum* videlicet, & *apud homines*. Apud Deum, omnia ad divinae voluntatis normam dirigendo, ejusque amore faciendo, unde factum, ut omnia quoque opera Patri æterno summoperè placuerint, quemadmodum ipsemet apud Isaiam testatur: *Complacuit sibi in illo anima mea.* Apud homines, omnibus bonum exemplum præbendo. Omnibus humilem se, modestum, patientem, plenum charitate, mansuetudine, aliisque virtutibus exhibebat, unde & omnibus erat charus & acceptus. Et quod magis mireris, cum is Magister noster fuerit: *Magister Matth. 23.* *vester unus est Christus.* Nihilominus ad usque annum trigesimum semper delituit, toto illo tempore in virtutibus humilitatis & patientiæ sese exercendo, tres ultimos duntaxat annos in exercendis fidei mysterijs insumens. Unde liquet, quo pretio virtutes

tes

tes omnes, maximè verò humilitatem, habet. Nec obscurè ex his ipsis deduces, quàm cautè Dei dona custodienda, quàm honorum culmina, omnesque eminentias occasiones declinandæ; etsi, urgente charitate, vel obedientia, talia officia necessum fuerit, qua sollicitudine quenda.

AFFECTUS.

O Domine mi, quàm bonus es & amabilis! Quantum allaborabas, quantum exemplo tuo in virtutibus instruit. Et tamen, ah miseram me! quàm parum dici, quàm adhuc sum ignara, quàm tantum bonum vix agnosco, nec ullam proprietatem sum adeptam? Ah! si iusta lancea aperderem affectum meum, hinc ad virtutes, ad honorifica munia trahentem, O quam præponderaret illi! non subesse sed præferre, non discere sed docere cogito, affectibus omnibus vijs urgeo. O Jesu mi dulcissime, plenus es tu gratiâ & virtutibus, ego vix & omnibus destituta, miserere ergo mihi tuæ supplicanti, & concede, ut optata hac tua gratiâ toto affectu non in terrenis sed in cœlestia ferar.

Ah! Jesu mi, recordare, quod scribitur
2. Cor. I. misericordiarum, & Deus totius consolationis

Consolare afflictum cor meum; accende in me flammam amoris tui, infunde superfluentem gratiam tuam, ut strenuo virtutum incremento eo tandem deveniam, quo genuinus tuus discipulus dici, & reipsa ut talis à te foveri valeam.

Fructus & proposita.

S. EX hac meditatione disces, Anima devota, quantopere studere debeas, ut utrique, & Deo nimirum & hominibus, placeas, ita tamen, ut ad nullum extremum declines. Nonnulli contenti sunt, modo placeant Deo, nulla aut saltem exigua cura de hominibus habita, parum curantes, an offendiculo, an verò adificationi eisdem sint, id unum plenis buccis propalantes, sufficere sibi, si Deo fuerint accepti. Gravis istorum error inde enascitur, quòd ignorent, quàm indissolubile vinculum inter utrumque, tum Dei, tum proximi, amorem intercurrat. Nemo omninò verè amabit Deum, nisi hoc eodem amore quarat bonum proximi, omnis bono suo exemplo adificando; quod ipsum enucleatius edocuit suos Romanos S. Paulus dicens: *Quae adificationis sunt, invicem custodientes.* Alij, & primis peiores, totum suum studium collocant in eo, ut coram hominibus boni appareant

reant, parum de Deo solliciti, & hi sunt
 pocritæ. Ne ergò aberres, Anima devota
 primum tuum studium in omnibus
 adimplendo beneplacito divino; secun-
 dum de bono proximi exemplo, qua
 vera est ad perfectionem via. Ex eo
 tum, quod Redemptor tuus in tanta hu-
 militate & abiectione totis triginta annis
 tuerit, & vix ullum Divinitatis suæ per
 culorum patrationem specimen dederit,
 scire debes, plus temporis tribuendum
 pro virtutum incremento, quam alie
 primitusque nobis ipsis invigilandum,
 verò etiam alijs.

SEPTIMUS DIES

*De Baptismo Christi, &
 post Baptismum in desertum
 secessu.*

MEDITATIO TERTIA

PUNCTUM PRIMUM.

CONsidera, Anima devota, sum-
 mam Matrem suam, qua ad
 coluit, ut instante prædicationis suæ
 re prius eidem valedicere, & per hoc

tiam quasi petere voluerit. Quàm hæc dulcissima separatio pientissimæ Virgini fuerit gravis, credet is, qui ex amicissimis non neminem perdidit, aut amittere cogeretur. Quo amor est intensior, eò subtristior est avulsio, amor autem iste erat intensissimus, unde & gravissima separatio. Obtenta hac licentia solus ad flumen Jordanem concessit, ubi S. Joannes publicanos & peccatores baptizabat, quos inter medium se collocans & ipse baptizari voluerat. Considera profundissimam Christi humilitatem, cum enim Baptismus Joannis fuerit Baptismus pœnitentiæ, ipse verò Christus totus innocens, sanctus, & perfectus, imo ipsa sanctitas & perfectio, nihilominus subeundo hoc lavacrum in oculis hominum peccatoris specimen præferbat, quod utique incomprehensibilis humilitatis erat actus. Pondera hanc humilitatem, & quantò intimiùs vales, cordi tuo imprime.

AFFECTUS.

O Mi amantissime Jesu! quid agis? Tu innocens es, omnis pœnitentiæ incapax, & te submittis Baptismo Pœnitentiæ? Tu justus es & sanctus, & peccatoris speciem deferre non abnuis? Ah! Anima mea, quando nam disces immensam Domini

mini tui humilitatem? ipse justus, & beatus, imò Sanctus Sanctorum, peccatorum
 ri cupit, ut te ad humilitatem accendat, sed rui
 peccatis onusta, quamlibet confusio positu
 bram sagacissimè declinas, tuoque folidab
 cæcata non formidas justam te coram cureni
 bus propalare. Ah perversam mori noribu
 vicem! Tu, benignissime Jesu! ab omni ipsum
 cati umbra immunissimus eras, & ad finities
 peccatoris speciem te demisisti, & ego nec cu
 catrix maxima vel umbram peccatricis Magist
 naciter subterfugio, horreo, execrori mibu
 confundi, non vilipendi, non contemp emp
 sed exaltari, adorari, coli & asstima tuere,
 da. Ah miseram me, quando unquam persecu
 testanda hac superbia me abdicabo? eludes
 donam Sanctissimi Jesu mei vestigi
 stam?

Fructus & proposita. C

Consideratio hæc, Anima devota fuisse
 exiguo tibi erit adminiculo ad verus N
 piendum ardens desiderium lus: Et
 mnes te supprimendi, omnibus cie, sic
 summæ tibi erunt delicia. Videbis insona
 exactissimam, quin imò necessariam mibi be
 peccatis pœnitendi viam, esse humi va, qu
 utpote virtutum omnium fundamenta etur.
 quamvis huic omnes aliæ virtutes in

beant, nulla tamen magis quam pœnitentia, quæ absque humilitate nunquam erit bona, sed ruinosâ ac quovis vento deijcienda. Propositum (quod erit omnibus te postponere) solidabit, si in Dei filium oculos conjeceris; cur enim tædeat animam personis etiam minoribus se submittere, quum perspexerit, id ipsum à Christo præstitum, qui Joanni se infinities abjectori subiecit? Vilescet Mundus, nec curabis multum, si ab eo contemnaris, Magistro tuo Sanctorum sanctissimo in omnibus prælucente, hic tibi speculum, hic exemplar, hic incitamentum esto, hunc intueri, hunc considera, & quævis approbriæ, persecutiones & injurias haud difficulter eludes ac vinctes.

PUNCTUM SECUNDUM.

Considera, Anima devota, cum Christus Dominus in aqua fuisset constitutus jam jam baptizandus, revelatum fuisse Joanni, quod is ipse esset Dei filius, verus Messias, totiusque humani generis salus: *Et descendit Spiritus Sanctus corporali specie, sicut columba super ipsum, voce de cœlo insonante: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Considera & observa, quàm frugaliter Deus virtutem remuneratur. Christus peccatoris speciem induit,
K Pater

Pater filium suum dilectissimum omnibus
 gnoscendum proclamat, ille se noxius
 spersum, hic sanctum, innocentem, ipse
 met Deum. Unde habes, quàm verè
 lita nunquam possit supprimi: qui in
 Mundo se humiliat, & ad infima deijcit,
 tatur in altero ad usque æthereas man
 Esto contenta, O anima, si humiliatam
 contemptam & ab omnibus concub
 experiaris, Deus enim humilium celis
 & amantissimus non intermittet suo
 re te elevare. Age viriliter, & conf
 persevera in tua humilitate, modica
 sione æternos honores comparatura.

AFFECTUS.

Vidisti, anima mea, quàm insip
 agat, qui toto nisu caducis hifce
 ribus inhiat? hodie sunt, & cr
 comparent; hodie honores, cras con
 nes & opprobria. Veros honores
 humilia te, humilibus enim Deus dat
 suaque benedictione replet, ubi inf
 superbos despicit & retundit. Pro
 tur omnes terrenæ excellentiæ, abest
 res; Tu, O mi Jesu! eris culmen meum,
 pus, ad quem colimabo. Da, O Red
 mi! ut consequar, quod suspiro; da, ut
 niam, quo anhele; humilitatem eligo.

Suspiro, hanc votis omnibus exopto. Inse-
re me, obsecro, humilium tuorum coetui, ut
& ego cum illis ab omnipotenti tua dextera
protegar; hæc mihi esto dispensatrix muni-
ficentissima, ab hac in me depluat, quidquid
honoris, quidquid exiftimationis & excel-
lentiae in me redundare potest. Nolo ho-
norem alium, nolo alias dignitates, nisi ab
hac sanctissima tua dextera dispositas &
elargitas.

Fructus & proposita.

SCias, anima devota, veram humilitatem,
non consistere in eo, ut ore tenus quis se
humiliet, sed id ipsum è profundo pe-
ctoris tui pullulare, omnes illos actus ore
prolatos cum interioribus concordare debe-
re. Multi plenis buccis peccatores se profi-
tentur, & contententur, id ipsum tamen ab alijs de se dici no-
lunt, quia exteriùs duntaxat, non verò inte-
riùs, humilitatem sectentur. Vera humili-
tas non in externis solummodò actibus con-
sistit, sed primariò & principaliter in inter-
ioribus. Si interiùs non fuerit solidè radicata,
quolibet adversitatis vento deijcietur & de-
trahet, quemadmodum enim planta, uti rectè
annotavit S. Basilus Seleucicensis, nunquam
in ramis seu fructibus pulchra apparebit, nisi
benè fuerit radicata & in radice integra ac

Orat.

28.

K 2

inco-

incolumis, ita non comparebunt pulcherrantiff
erunt boni externi humilitatis actus, speratic
mas in corde radices egerint, intermerfiffe
ipfo abjectè & humiliter sentiendo. tiones a
pone igitur toto cordis affectu vere h prædest
tati insudare, tantaque solertia radie Redem
interiùs figere, ut nullo contemptuum titu Sar
ne avelli aut eradicari possit. tentatu

PUNCTUM TERTIUM

Considera, Anima devota, mira A
Spiritus S. effectum, vix enim
Christum in Jordane visebatur. minis in
illicò in solitudinem eum deduxit. manis;
fertum fugit: primò, ut applausum &
num jam in laudes resolutorum effe notesc
tum, ut ostenderet, proprium Spiritu simque
perducere in solitudinem & ad orat digitus
Considera ejus per quadraginta dies gam ho
commorantis assiduas preces, carnis tificati
cationes, aliasque præclarissimas ve Magist
Societas ejus cum bestijs, uti testatur E Revert
lista. Pugna & certamen cum Primo vertere
tenebrarum, quorum tentationibus illum,
submiserat, ut nos roboraret & modum namih
ceret, insidiantis inimici technas elone, O
Tentari voluit, inquit S. Gregorius Pa me à cr
16. in nostras tentationes suis tentationibus me or
Evang. Amor sanè ingens & simul remedi

Marci.
1. 13.

Hom.
16. in
Evang.

stantissimum, secus enim pateret ingens de-
sperationis barathrum, cui plurimi se im-
mersissent impiè creduli, ob immixtas tenta-
tiones à Deo se reprobatos, ubi nunc notam
prædestinationis desumunt, cum ipsemet
Redemptor verus Deus & homo plenus Spi-
ritu Sancto, atque ipsamet sanctitas fuerit
tentatus,

AFFECTUS.

AN credis, Anima mea, Spiritus S. ha-
bitaculum te esse? Falleris, Ah! fal-
leris. Ubi enim ejusdem Divini fla-
minis in te effectus? Inhies applausibus hu-
manis; vix quidpiam tuo judicio honorifi-
cum & laudabile præstas, cum omnibus in-
notescere, & marmoreis tabulis inscribi, pas-
simque magnificari affectas. Non est hic
digitus Dei, Spiritus S. humilia suadet, fu-
gam honorum inspirat, orationem & mor-
tificationem inculcat. O quàm distas à tuo
Magistro inobediens, refractaria discipula!
Revertere, revertere, Anima mea, & con-
vertere ad Dominum Deum tuum; Invoca
illum, & quanto intimiùs vales, clama: Do-
na mihi, O Domine, Spiritum tuum, Accinge
me, O Spiritus cœlestis, ad solitudinem, exue
me à creaturis, inflamma cor meum, ut totam
me orationi & mortificationi consecrem.

Benè est, O Anima, esto virilis, con-
 Deo tuo, qui nunquam deest invocans
 & sperantibus in se; Elige semper ab
 contempta esse, fuge consortia hominum
 obtempera instinctibus internis, & Spiritus
 possidebit te; Hic, hic te juvabit, hic
 bit te supra te, hic docebit te viam
 torum Dei, hic comes & dux erit ad
 æterna, ad quæ semper aspiras. Ergo
 Anima mea, in hoc Spiritu tot & tam
 na? Ergo ne Spiritus iste tam facile &
 heroico volo recuperandus? Quid mihi
 rabis! an ejusdem possidendi studium
 ges? Absit, O Jesu mi, O Redemptor
 Præceptor amantissime! Ecce miser
 me, *tota nocte laboravi* in tenebris vani
 pij applausuum humanorum, & nihil
 si fenum & nihil. Tentabor & con-
 bebam, quia ignis tuus cœlestis, flamma
 num, non fulsit mihi, aut saltem ignis
 hi erat. Nunc verò, cum lucidissimo
 sanctissimi exempli tui præluceat, et
 in vestigia tua ruentem, in desertum con-
 dam, conculcabo, quidquid terreni
 aut alterius commoditatis allicere con-
 tur; tecum, O mi Jesu, pugnabo, tecum
 giam consortia hominum, tecum re-
 da & illumina me Spiritu tuo, ut te
 vincam & constans per-
 sistam.

Fructus & proposita.

Terno fulcro contra inimici insultus armaris per hanc meditationem, Anima devota; Primum est, ut, quantum possibile fuerit, fugias consortia hominum, aut saltem, si aliter fieri nequeat, nimiam & non summè necessariam eorundem frequentiam, ne dicere cogaris cum experto illo: *Apud Thom. Kemp. l. 1. de imit. Chri. c. 20. n. 2.* quoties cum hominibus eram, semper minor homo, id est, tepidior in virtutum tramite, redy. Alterum sunt ipsamet efficacissima media contra omnes tentationes, nempe oratio & mortificatio, quibus, ceu inpenetrabilibus scutis, omnia inimici tela eluduntur. Tertium est constantia in usu dictorum mediorum, & hanc discis à quadragenaria dierum & notitium perseverantia, qua Magister tuus in solitudine perstitit, ut enim Dæmonis, Carnis, & Mundi technæ subterfugiantur, non sufficit semel duntaxat aut per diem semortificare, sed oportet semper orare, semper se ipsum vincere, semper paratum & armatum esse.



DIES OCTAVUS MEDITATIONES

PRO

Via unitiva.

Alph. Rodrig. **O**ptimè advertit religiosissimus *Alph. Rodrig.* quòd non proficere sit deficere, ut a
omni viatori meritò inculcetur :
ultra. Progressa es, anima devota,
purgativa ad illuminativam; & creditè,
hàc exantlata paulisper respirante
3. Reg. 19. v. 7. falleris autem, quia *grandis adhuc restat*
quæ perfectorum est & unitiva appellatur.
In hâc animæ devotæ adeò se totas Deo
vovent & jungunt, ut non, nisi in
Deo, reperiri possint, tam enim firmiter
hærent, ut nullo prorsus objecto ab eo
li valeant, meritò exinde cum S. Paulo
Rom. 8. v. 35. mantentes : *Quis nos separabit à charitate
S. Elzearius comes*
(ut suprâ annotavimus) adeò in Crucifixi
suum exarserat, ut dilectissimæ conjugii
affectuosissimè intimaverit, ut, si sui
niendi esset cupida, non quæreret, nisi
tere Crucifixi; quod ipsum S. Dionysius
Areopagita advertit, unde scripserat :
ma magis est, ubi amat, quàm ubi amatur.
Noverat siquidem S. hic Doctor, An

veroin Deum amore succensas, adeò in hoc suum objectum æstuarè, ut præter illud nil profus desiderent. Deus est unicum earum solatium, unica requies & refrigerium, quapropter semper gaudent de infinitis Dei attributis & perfectionibus, de pulchritudine, Bonitate, Amore, Justitia, Omnipotentia, Sapientia, & alijs infinitis bonis, quibus divina Majestas effulget, de quibus omnibus magis delectantur, quàm si essent propria bona; nec contineri possunt, quin semper ad majorem Dei gloriam animitùs anhelent, impensè sollicitæ & laboriosæ, ut omnes creaturæ eidem ex corde serviant, eum agnoscant, laudent & glorificent. Et hæc est via perfectorum, quos Angelos terrestres & incarnatos appellaverim. Quantumvis autem istæ animæ sint perfectæ, quia tamen fragili schemate adhuc sunt involutæ, non sunt adeò securæ, quin è sublimi decidere & in præceps deturbari valeant, unde & his quoque necessaria erit bona societas, ut semper habeant sublevantes se, hæc autem erit cohors sanctorum Patronorum, speciatim societas Trinitatis incarnatæ: Jesu, Mariæ & S. Josephi, quibus humillimè supplices fient, ut benignè assistere, defendere, protegere & ab omni periculo liberare dignentur. Viaticum pro hoc itinere & prægrandi via erit sedula Christi gloriosi & impassibilis contemplatio.

De

De Resurrectione Christi.

MEDITATIO PRIMA:

PUNCTUM PRIMUM.

CONSIDERA, Anima devota, benedicere
 Redemptorem tuum, devicto mor-
 aculeo, tot tantisque laboribus
 cruciatibus exhaustis, gloriosissime à ma-
 tuis resurgentem, cui chorus Angelorum
 cundissimum *Alleluja* decantat, lætitiâ tam
 majori, quantò victoria est gloriosior.
 quantis gaudijs cœlestis militia exuberabat.
 Lætabantur cœlestes genij dulcissime
 modulabantur, dum Verbum æternum è sinu
 Patris in terram descendebat, carnem huma-
 nam, mortalem & passibilem assumptum
 quid ergò nunc fecisse, quàm immensè
 lassè credis, dum, morte devictâ, vita que
 tibi impertitâ, totum gloriosum & impo-
 sibile resurrexit? toti sanè in laudes resolu-
 bantur.

CONSIDERA immensam æterni Patris
 Unigenitum suum charitatem; vix enim
 cratissima anima mortale corpusculum
 querat, cum ingenti gaudio replebat
 ipsumque corruptibile corpus stupenda
 chritudine, donis supernaturalibus, glori-
 & immortalitate donabatur, omnes ama-
 tudines, omnes cruciatus, omnes angustias
 om-

omnes ignominia in incomprehensibiles delicias vertebantur; &, quemadmodum se prius virum dolorum vocare poterat, ita nunc titulum viri omnium deliciarum & consolationum passim sibivendicabat. Ex quo deduces, quàm bonus sit Deus & magnificus remunerator omnium, quæ miseri mortales pro eo sustinent. Nihil prorsus est, ne quidem vel minimus halitus, quem non largissimè remuneratur. Grave quidem erat Christo & peracerbum, tanta pati, quia tamen de æterni Patris sui bonitate optimè erat informatus, omnes afflictiones nihili pendit, ut ut meritum tam immensum sibi compararet. Exemplar utique & incitamentum omnibus Christicolis, præsertim ijs, quos aura asperior torquet.

AFFECTUS.

O Victor gloriose, quis liberabit me de corpore mortis hujus, ut saltu liberiorij jucundissimæ Angelorum cohorti me immisceam, te una cum ijs æternum laudaturus ac de tanta victoria congratulaturus? Benedico te, O mi Jesu, laudo, glorifico & congratulor medullitus. Laudate omnes Angeli, laudate omnes gentes, laudate, quidquid in cœlo & in terris est, laudate Creatorem vestrum, extollite Redemptorem meum.

meum. O bone JESU, O Triumphator
 etoriosissime, cur non ab omnibus agnosco-
 ris, benediceris & adoraris? si quid in
 vides, quod omnes creaturas in tuas laudes
 excitare possit, accipe illud, etiamsi mille
 mortes exinde mihi enascantur; accipe
 quam, & omnia in jubilos suscita. Omni-
 su, si vel unicam creaturam in tuas laudes
 pertrahere possem, O quot mortes, quanta
 cruciatus non subirem lubens! Quis det
 mihi, ut, nomine omnium, te laudem & glori-
 cem? Spiritus promptus est, O mi JESU,
 de etiam facio, quantum possum, ad volu-
 ad geniculis sacratissimis tuis pedibus, in
 que prostratus omnium vices subeo, pro
 omnibus te adoro & benedico. Illumina
 mi Redemptor suavissime! cor & interiora
 mea, ut semper majore tui agnitioni prae-
 tus magis ac magis diligam, sequar & am-
 ctar te. Accende quoque in omnibus mem-
 mabus ignem tui amoris, ut omnes, effugiant
 ignorantiae suae tenebris, te Redemptor
 suum agnoscant, venerentur, glorificent
 in aeternum adorent.

Fructus & proposita.

Rom. 8. **F**ructum suppedabit bina S. Pauli
 18. tentia, ubi aperte testatur, non esse
 dignas passiones hujus temporis ad fructum

ram gloriam, qua revelabitur in nobis. Et
 alibi: sicut socij passionum estis, sic eritis & *2. Cor.*
1.7. consolationis. Ex quibus haud dubiè in ani-
 ma devota ingens desiderium resultabit, Deo
 ex toto corde in varijs tribulationibus ser- *2. Tim.*
 viendi, si enim non coronabitur, nisi qui legiti- *2. v. 5.*
 mè certaverit. Ut adeò ipsummet Dei fi-
 lium pati oportuerit, & sic intrare in gloriam
 suam, quis æternæ beatitudinis cupidus re-
 spuet adversitates? Modicum est, Anima
 devota, quidquid sustinueris, æternum au-
 tem & inexplicabile, quod propter adversa
 patienter perpeffa obtinebis. An non vi-
 des, quantis gaudijs, quantis præmijs Re-
 demptor tuus post ignominiosam passionem
 à Deo Patre fuerit præventus? Ne ergò tri-
 steris in afflictionibus & miserijs tuis, quin
 potiùs exulta & spera in eo, qui consolatur *2. Cor. 1.*
nos in omni tribulatione nostra. Si verè Deum
 tuum dilexeris, tristaberis, dum hujus Mundi
 solatia abundaverint, gaudebis verò &
 exultabis in spiritu, si tribulationes, ut imber
 ferotinus, te occupaverint, non nescia post
 labores & miserias dividi præmia, & post
 certamen coronam æternam. Quòd si for-
 tè nimium gravis, difficilis & diuturna vide-
 retur tribulatio, divide illam in dies, in ho-
 ras, in momenta, cogita, fortè diem hunc,
 hanc horam, hoc momentum fore ultimum
 vitæ tuæ, unde te ipsam alloquere & excita:
 Quidni

Quidni ego misera creatura tot beneficiis
Deo locupletata, pretiosissimo Jesu Christi
sanguine redempta, in hæredem regni celestis
assumpta, per momentum, per horulam
per diem afflictionem hanc quantumvis
vrem patienter tollerem? An intermittam
exigua hac & momentanea tribulatione, in
nitatis delicias & æterna gaudia comparare
scio & experior, omnia, quæcunque in Munda
do sunt, fuerunt & erunt, esse transitoria
quidni ergò & hæc crux abibit, & mercedem
æterna subsequetur? Non decidam animam
Omi Jesu, sed tui amore per hanc horam
lariter & patienter supportabo quidni
immiseris. Finita hac hora, eisdem verbis
te denuò alloquere & cogita, forte sub
quentem fore ultimam & consequentem
complementum omnium meritorum tuorum.

PUNCTUM SECUNDUM.

Considera, Anima devota, Christum
cùm à mortuis resurrexisset, primo
omnium apparuisse sanctissimæ Mariæ
suæ, gloriosissimæ Virgini Mariæ, quæ, ab
manibus alijs semota, avidissimè & plena
expectabat resurrectionem dilectissimæ
lis suæ. Et sanè convenientissimum erat
præ omnibus alijs beatissima Virgo Maria
gloriosa

gloriosa apparitione bearetur, utpote, quæ plus omnibus alijs Filio suo in dolorosa passione condolebat, plangebat & sustinebat.

Considera Sanctissimæ Virginis in oratione defixæ ingens gaudium, cordis latitiam & teneritudinem affectuum in gloriosissimo Filio toto splendido & formoso.

Pondera dulcissima colloquia tum temporis Matrem inter & Filium habita. Non continuit se piissima Genitrix, quin protinus sacratissimis vulneribus advolta suavissimè ea basarit, copiosissimosque consolationum rivulos exinde hauserit. Subsiste hîc, Anima devota, & considera, quàm Deus noverit animas etiam desolatissimas consolari.

AFFECTUS.

O Maria! O Mare gratiarum! O thesaurus inexhaustus omnium deliciarum! Quid audio de te? quid video? video te sub cruce angustijs obrutam, doloribus repleram, amorosissimè compatientem Filio tuo in funesto crucis patibulo, omnium cahinnis exposito, desolato, mortuo, sepulchro. Ah quanta hæc miseria? quantæ angustia? Ergò privata es unicâ & charissima sobole tua? Ergò inter sepulchrales tenebras delitescit lumen gloriæ? Ergò mortua est vita? Ah quis explicabit dolorem? O Maria!

Thren. Maria! *Non est dolor, sicut dolor tuus.*

1. v. 12. in his omnibus non habes consolantem
An sola in tanta afflictione tabescis?
non egrederis, & inter amicos & notos
ris, qui consoletur te? cur non cœlum
terram querelis imples, ut saltem sic
dolorem tuum? Audio respondentem

Cant. 6. O Magistra veritatis! *Descendi in hortum*

10. *nucum, ut viderim poma convallium: sup-*

sui me amaritudinum turbinibus, ut decer-

rent mihi suavissimi fructus humilibus, ab-

ctis & afflictis promissi. Eram desolat-

num imbre perfusa, angustiabar, torquet-

despiciebar, in convalle miseriarum solab-

litescens; & ecce! Sol splendidissimus

luxit in tenebris, & in umbra mortis sede-

Decorticavi nucem tribulationum & ex-

ta sum dulciorem super mel & favum.

fuit Dilectus meus, & gloriosissima sua

sentia absterxit & effugavit omnes angu-

rum nebulas, verè *post nubila Phœbus.*

Siccinè O Virgo Virginum præclara

re tribulationum conversum est in fluxu

gaudiorum? O mi Jesu, O Mater Jesu,

miserabilis sum ego, qui fugio hortum

cum, & tamen suavissimos fructus exspe-

tu, O speciosissima inter omnes creatu-

nunquam fuisses thesaurus inexhaustus

tiarum, nunquam mare, nisi affliction-

exagitata; & ego semper felix, semper

tus, sem-

Omi Je-

desidero

bulatio-

ta cruce

gratia,

Christum

vulnera

cum die

gloriosi

perfrui

sconde

ra & inel

aliud vo

Maria!

F

D

Christus

pulit; v

ta, ut du

nistram

siderent

ctus Rec

rogato:

biturus

quis sed

tus, semper prosperis inundare cogito? Absit
 Omi Jesu! O Maria fac me tecum plangere,
 desidero te in planctu sociare, miserijs & tri-
 bulationibus agitari, cruce tua inebriari, jux-
 ta crucem tecum stare. Fac O Maria Mater
 gratiæ, fac, ut ardeat cor meum, in amando
 Christum Deum, fac ut tecum lugeam, tui nati
 vulnerati, tam dignati pro me pati, pœnas me-
 cum divide. Ut & ego dilectissimi filij tui
 gloriosissima & æterna præsentia una tecum
 perfrui merear. O Maria! suscipe me & ab-
 sconde me intra sacratissima Nati tui vulne-
 ra & inebria me ambrosia paradisi, nec enim
 aliud volo aut opto, nisi Jesum & te, O
 Maria!

Fructus & proposita.

DUm desiderium regni cœlestis te titil-
 lat, Anima devota, confestim me-
 mento paternæ objurgationis, qua
 Christus Dominus matrem Zebedæorum re-
 pulit; voluerat hæc materno affectu instiga-
 ta, ut duo filij, unus ad dextram, alter ad si-
 nistram Redemptoris, in regno cœlesti con-
 siderent, repressit petitionem hanc benedi-
 ctus Redemptor unico sed prægnanti inter-
 rogato: *Potestis bibere calicem, quem ego bi-
 biturus sum?* innuens, impossibile esse, ut
 quis sedes æthereas possideat, quin in misera
 L hac

Matth.
 20. v.
 22.

hac lachrymarum & tribulationum valle
 rit emundatus. Hoc ipsum, inquam,
 continuò in mentem revoca stultam
 credito, quotiescunque cœlum somn
 pati refugis. Exemplar tibi esto sancta
 Virgo Maria; cum hac cruci te sub
 amplexare quidquid amaritudinis sens
 tates tuas repleverit, spe freta, post mod
 tribulationis adfuturum tibi dulcissim
 Redemptorem, cujus suavissimo alloqui
 mnes angustia disparebunt serenitasq;
 na redibit. Anima te ipsam, omnium
 miseriarum propinquum finem & glori
 simum exitum tibi pollicere. Ut autem
 licius hoc præstes, omnesq; adversitates
 jori patientia & interna cordis læticia
 re possis, saluberrimum consilium tibi
 dicit S. Philippus Neri Congreg.
 Fundator. Vult hic Sanctus, ut, qui
 tribulationum procellis agitatur, sibi
 met hominem aliquem, à quo varijs
 tijs, contumelijs, approbrijs, persecu
 bus impetatur, in hunc sincero amore
 omnesq; ignominias Dei amore lubens
 donet, quo facto, ad eò iram & rancore
 subjugare discet, ut, si fortè re ipsa tale
 petus ingruerent, forti alacrique animo
 toleraturus; quemadmodum enim,
 hic S. Patriarcha, recens conducti mil
 versimodè instruuntur & exercentur,

quam ad certamen perducantur, ut, instante pugna, dexterius hostium insultus elidant; ita & in spirituali hac pugna tantò viriliùs certabimus, quantò in tractandis armis spiritualibus fuerimus exercitatiores. Qui adversitates refugit, merità ut indignus tanta Dei gratià reprehenditur. Norint hujusmodi, eo ipso, quod unam tribulationem efugere conentur, mox, permittente Divina Providentia, ruituros in alias longè graviores misérias. Magnanimiter igitur cruces sunt ferendæ, nulla enim adversitas quæ non patriat subsequens ingens solatium. Consolatio & desolatio vices reciprocas agunt, nunc hæc, nunc illa dominatur, utraque in bonum nostrum, si rectè usi fuerimus.

PUNCTUM TERTIUM.

CONsidera, Anima devota, Sanctos Angelos, ut lætitiã suã ob triumphum à Christo reportatum ostenderent, candidis vestimentis indutos sepulchro affedisse, ubi Christo devotas animas expectabant, eas ob perpeffos angores consolatur; & hoc solatium primò cessit S. Mariæ Magdalenæ ob constantiam, quã nunquam à suo Magistro recessit, contritoque corde notas suas desflendo, ferventissimo in eum amore exarsit. *Alysq; recedentibus ipsa non*

L 2

recede-

Hom. recedebat, & igne amoris succensa, ardebat
25. in siderio, inquit S. Gregorius Papa.

Evan- Considera, quantum gaudeant
gel. super uno peccatore pœnitentiam agente,
Luc. 7. sua conversione constanter permant
v. 20. adeò quidem, ut illis apparere, colloqui
 familiariter conversari summopere affectu

Considera, quàm sit bonum amare Deum
 cum id amanti animæ adeò à Deo recompen-
 setur, ut & propria, & angelica præsentia
 creare dignetur. Certum est, nullum
 ris actum, quo erga Deum ferimur, irre-
 neratum abire, tanta siquidem claritate
 Deus animas illas prosequitur, quæ
 amore in inquirendo & exequendo
 beneplacito ac servitio fuerint constanti
 innumeris beneficijs & gratiarum fluxu
 præveniat.

Considera, quanta sit disparitas
 amorem & servitium, quo in Deum, & in
 Mundum ferimur, ille enim, tametsi ad
 pus castiget & tribulationum æstu exor-
 æterna tamen dulcedine, tum in celestibus
 etiam hîc in terra recompensat; Mundum
 rò, tametsi ad tempus fallacibus suis
 nos inescare & refocillare videatur, illi
 men plenæ sunt laqueis, quibus miser-
 focemur æternæ tristitiæ ac mortis
 bulum futuri.

AFFECTUS.

Quàm longè absum à genuino erga te amore, Ah mi JESU! vocasti me ad montem Myrrhæ, & ego subterfugi ac reliqui te solum in doloribus propè fatiscentem; si dilexissem te, comitatus fuisset cum devotissima Magdalena, & perstitissem constans inter opprobria, inter satellitum minas, inter Judæorum furias, sub ipso patibulo; sustinuissem tui amore, quæ immiseras adversa, resignassem me in divinam tuam voluntatem, & mansissem constans; quia autem recessi à te & mundanis solatijs inhiabam, meritò tua consolatione destituor & omni favore indignus repellor. At, O mi JESU! nunquid abbreviata est manus tua? Venisti O mi JESU! ut omnes saluos faceres, errantes reduceres in viam justitiæ & veritatis; nunc & ego venio ad te dolens & gemens, ne despicias me, O Domine benignissime! Qui Mariam absolvisti, absolve & me, vivifica emortuum cor meum. Accende in me tui amoris ignem, ne subijciar severa dilectissimi Apostoli tui sententiæ: *Qui non diligit manet in morte.* Offero me tibi totum, consigno tibi cor meum, ut vivat in te: sequar te, quocunque sanctissima tua dispositione ieris. Serviam tibi affectu integerrimo intimeque te amabo. Distilla O

1. Joan.
3.



mi JESU in cor meum vel unicum guttur
 gratiarum, quibus peccatricem Magdalenam
 perfudisti. Da vel unicum motum totius
 roicorum affectuum, quibus Mariæ peccata
 flammâsti, ut cum illa noxas meas deflens
 adversis perseverare, teque amantissimum
 Magistrum meum per quosuis miseriam
 tribulos ad mortem usque sequi & imitari
 valeam. Hoc voveo, hoc desidero,
 unice & animitus suspiro.

Fructus & proposita.

Sedulò inquire cum devotissima peccatrice
 te Maria Dilectum tuum per contritionem
 amoris actus; & licet ingens peccatorum
 cumulus oculis tuis obversetur, non
 men desperes, quin potiùs confide, si sine
 ardore cor tuum erga Deum inflammare
 dueris, Deum non tua peccata sed amantissimum
 respecturum. Viam ad hanc fiduciam
 vit tibi publica peccatrix, quæ post veram
 peccatis displicentiam, dolorem & emendationem,
 adeò cor divinum in sua obsequio
 amorem traxit, ut omnibus Discipulis
 anteposita, primaque, quæ à Triumphante
 Christo gratissima apparitione recreata
 Excita frequenter actum contritionis & emendationem
 tem internis lachrymis emunda immundum
 cor tuum, solumq; propter offensum beatorum

infinitem dole, nec dubita, quin post lachry-
marum pluvias secuturum sit cœlum serenum,
post pœnitentiæ hyemem æstas æternarum
deliciarum; ad quos enim sermones Dei sua-
viores omni dulcedine, nisi ad contritos cor-
de, ut sanet, vivificet & æternum exhilaret
eos? Ne discedas à numero pœnitentium
& non eliminaberis à cœtu electorum.

DIES NONUS.

*De Admirabilis Christi
Ascensione.*

MEDITATIO SECUNDA:

PUNCTUM PRIMUM.

EXsoluto per amarissimam Redemptoris
nostri mortem debito ab homine cum
Deo contracto, placuit gloriosissimo
Victori à mortuis redivivo quadraginta ad-
huc dies cum hominibus conversari, actum
demum cœlos ascendere, & æterni Patris sui
dextræ assidere. In hac ascensione confi-
dera gloriam & triumphum Christi, quæ ad
montem Oliveti contendit, gloriosissima
Matre, Discipulis, & omnibus animabus,
quas è limbo eruerat, stipatus, nec incompa-
rabili huic triumpho sancti angeli defuerunt,
L 4 quin

quin de cœlis descendentes nobilissimas
pudias instituerent, probè edocti, gloriam
eximiam soli & uni Deo fuisse debent
quam innumeris meritis sibi comparaverunt.

Considera pompam tam magnificentissimam
solemnem non alibi, quàm in monte Oli-
vum, institutam. Oliva siquidem est sym-
bolum pacis, unde Christus Dominus vellet
demonstrare voluit, non esse convenien-
tem modum ad cœlestem Jerusalem ascen-
di, quàm internam animi quietem & pacem.
Hac enim adminiculante eliminantur
augmentantur virtutes & consequitur
pax æterna comparatur, unde omnia desideria
stia anhelanti necessario incumbit, ut
pacis impedimenta pro virili removeat
quod fiet, cum passiones fræno mortificati-
onis quietas, voluntatemque in divinitate
signatam habuerit.

Considera, inter potissimas rationes
quas Christus Dominus cœlos ascendit, ut
se occasionem miseris mortalibus, atque
infensissimis suis hostibus, æternam gloriam
parandi, quod evidentissimum signum
infinಿತæ bonitatis & misericordiæ.

AFFECTUS.

Congratulor tibi, O mi Jesu! &c.
de tanta tua gloria, Majestati

triumpho. Unde autem hoc mihi, ut tanta
 gaudia speciatim affectares cœlosque ascen-
 deres, missellulæ mihi habitaculum præpæ-
 raturus? an non suffecerint tot labores, tot
 ignominia & opprobria pro ingratissima &
 rebeli famula perpeffa? Non fuerit satis
 amarissimam mortem in funesto crucis pati-
 bulo subijisse? Quid hæc omnia, nisi aptissi-
 mæ claves, quibus adamantinæ paradisi por-
 tæ referarentur? Et tamen his omnibus non
 eras contentus, sed placuit tibi in propria
 persona æthereas ædes instruere? *Vado pa-* *Joan.*
rare vobis locum. O amorem excessivè ma- *14. v. 2.*
 gnum! O charitatem incomparabilem! O
 misericordiam infinitam! Quis dabit mihi,
 Omi JESU! O benefactor gratiosissime! ut
 pro tanto affectu debitas tibi grates repen-
 dam? Tu in gloriosa tua ascensione non
 eras sollicitus de tuis gaudijs, sed anxie cogi-
 tabas de apparanda gloria mea; & quid ego
 peccatrix anima? Ah mi JESU! ut saltem vel
 umbram gratitudinis meæ exhibeam; En!
 renuntio omnibus comoditatibus meis, tui-
 que amore rotam me impendam, ut in o-
 mnium cordibus mansionem tibi instruam &
 impediam peccata quantum potuero, nec
 id ipsum recuso, si centenæ mortes instarent;
 unicum meum solatium, unicum refrigerium
 erit, cum te ab omnibus amari, coli & adora-
 ri perspexero. Ad hoc enitar vel ipso ope-
 re,

re, si licitum fuerit, & status meus concesserit, vel saltem interno affectu & constantibus precibus pro peccatorum conversione effusis. Adjuva, O JESU gloriosissime! voluntatem meam.

Fructus & proposita.

PRædicta ansam tibi præbent & stimulos addent, Anima devota, excitanda in te magnum desiderium Christi in stigijis insistendi, teq; à terra in cœlum sublevari, hoc est: terrenis affectibus, dignitatibus & proventibus generosè Dei amorem nuntiandi. Mons Oliveti scholam tibi præbet, in qua disces in via virtutum perfectè insisterere. Nec frustra mons iste eligebatur tanti triumphus theatrum, uti enim deest in initia passioni, ita necessum erat, ut daretur præmia per passionem comparata; non omnibus in pulcherrimum documentum, sed potius incitamentum, tum homines ad cœlos se sublevarè, cum didicerint pro Deo mortem & crucem tolerare. Idem ipse locus, Anima devota, erit tibi in die judicij theatrum gloriæ, qui in hoc Mundo erat ignominia. Cor.

Jacob.

1. v. 12.

nam vitam, quam repromisit Deus diligentibus se.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA, Anima devota, & oculo intellectus contemplare Dominum lentè à terris se elevantem, elevatisque manibus Discipulis suis, & in ijs toti humano generi paternam benedictionem impertientem: *Elevatis manibus benedixit eis, & ferebatur in cœlum.* Ubi probè observes, quod, dum benedicere volebat, prius manum in cœlum elevaverit, digito quasi commonstraturus, benedictiones de cœlo promanare, easque non esse de bonis terrenis sed cœlestibus, & si terrena concedantur, id fieri ut per ea ad cœlestia rapiamur. Nec sine mysterio est, quòd tum demum benedixerit; notum quippè nobis voluit, easdem cœlestes benedictiones originem suam à Divina manu fortiri.

Considera ijs ipsis manibus benedictionem impertitam fuisse, quæ cruci erant affixæ, ut intelligeremus per Christi passionem nos devenire in cognitionem benedictionum cœlestium; ut autem affectum suum integerrimè contestaretur benedictus Redemptor noster, utramque manum elevavit, ostensurus, gratiæ & gloriæ abundantiam in sua benedictione contentam.

AFFE

AFFECTUS.

ITanè, O mi Jesu! benedictionem tuam effundis super eos, qui cœlestia, non terrena sapiunt? Quidni & ego accedam tuisque sacratissimis manibus benedictionem offeram? Tu scis, quia amote, O mi Jesu tu nosti interiora mea, tu vides, quam aliud suspirem nec desiderem, nisi te cum amoris & affectuum meorum objecto. Nolo, O mi Jesu, ut benedicat mihi terra Israeliticæ radix Isaac, utpote cujus benedictio tota erat terrena, afferens Jacobo abundantiam frumenti & vini. Testis est tibi hi scrutans corda & renes Deus, quod terra non curem, sed cœlum suspirem, non Isaac, sed tu, O Dilecte mi, impertire benedictionem tuam, quæ tota cœlestis est. Benedic mihi inter omnia benedictissime,

Gen. 32. non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

Fructus & proposita.

SI prædicta accurate observaveris, non dubium, Anima devota, quin ingratitudo erga terrena in te sint excitata, si enim tota nostra salus & omnium nostrum de cœlo veniat, Mundus cum omnibus suis blandimentis & voluptatibus nullum unquam bonum afferre potest.

stultus utique erit, qui non desistet ulteriora cum Mundo commercia colere. Ad Deum igitur semper & in omnibus recurrendum, à cuius manibus omnis benedictio dependet, quapropter serió propones, nunquam te propter terrenum aliquid à Deo separare, sed toto nisu conaberis Redemptorem tuum in tua vota trahere, illi te conjungere eique penitus adhærere; quod fiet, si morem plurimarum devotarum animarum amplexata fueris, quæ nunquam è suo tabernaculo prodierunt, nisi petita priùs à Crucifixo benedictione, exosculando ejus sacratissima vulnera & devotè ingeminando: O crucifixe JESU, in hæc sacratissima vulnera abscondo me totum, benedic obsecro mihi nunc & in hora mortis meæ. Et quia Christus Dominus in medio lætitie tui non obliviscebatur sed paternam benedictionem impertitus est, disces & tu affectui huic correspondere, continuo illum benedicendo, ad quod conducet frequens repetitio Cantici benedicite, in quo ex intimo cordis tui invitabis omnes creaturas, ut una tecum creatorem laudent & glorificent.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera Sanctos Apostolos, quantâ devotione ascendentem Magistrum adorave-

adoraverint, utque diutiùs manere dignatur peccati fuerint, tanta enim tristitia cordibus illorum infederat, cum vidisset quemadmodum nubes susceperit eum oculis eorum, ut necessarium fuerit in

Act. 1. v. 9. tium & refocillationem Angelum mittentem

Considera, si solus iste discessus, quilibet nulla Apostolorum culpa & quidem in bono ipsorum erat institutus (ut nimirum locum in cœlo pararet) tantam afflictionem causa- vit, quem non dolorem afferet anima separatio Dei ob peccata discedere coacti? crudelem separationem! quæ animam parturit, nisi infernum quandam atrocium morum cruciatuum. O pauperes anime ne Deo! O vos in felices, si à Deo fueritis paratæ! potissima sanè hæc est afflictio marum ad cœlestia anhelantium, tum enim Deo derelictas se & infernalibus faucibus positas sentiunt.

AFFECTUS.

Subsisto, O mi JESU, & nimium anxius reo, an cum prodigo filio oculos reflectam, an verò cum publicano ausim illos extollere. Reflecto ad te? quàm densa nubes obscurat pulchritudinem tuam & obtutum infringit! Demittam? negat amor, negat filiale desiderium meum

gate. Scio quid faciam; tentabo utrumque. Demittam, plenus confusione & dolore de peccatis tantæ obscuritatis auctoribus. O peccata! quàm turpiter obvelatis Dilectum meum. Ah! quàm doleo, O mi JESU, conteror & ingemisco! nunquam amplius Divinæ Majestati tuæ restiturus. Ignosce O Pater misericordiarum! suscipe me, O Pastorem ovium perditarum, qui non vis mortem peccatoris, sed ut magis convertatur & vivat. *Ezech. 33. v. 11.*

Quid hoc, O mi JESU, Pastor tu es ovium perditarum? unde Pastor, si perditæ? Ah! quærant perditæ, tu reducebas; quæ in profundo delictorum submersæ, tu inspirato de commissis dolore extrahebas, & concessio lachrymarum imbre super nivem dealbabas. Eram & ego ovis perditæ, sed ecce! tetigisti cor meum, ut dolorem ex toto corde & gradu citissimo reverterer ad te. Ne despicias me Pastor bone. En! appropinquo Divinæ Majestati tuæ, provolvor ante te & gemebundus inclamo: Pater, peccavi in cælum & coram te. Elevo oculos meos & attrahor pulchritudine tua, quæ tanta est, ut meritò cum pœnitente Aquila suspirans exclamen: *Ah! serò te cognovi pulchritudo tam antiqua quam nova. Ah! serò te cognovi.*

Fru-

Fructus & proposita.

ERige in corde tuo montem Oliveti,
 ma devota, & dispone ascensio-
 Volo dicere: quovis die, mox dum
 rexeris, uni opera tua cum operibus Christi
 eleva cor tuum ad Deum, implora sancti-
 mam ejus assistentiam, quâ in omnibus ad-
 nibus, motibus & cogitationibus tuis ita
 rigaris, ut per eas continuò coelos ascende-
 eique perfectissimè placere valeas. Quo-
 cunque occasio ad peccandum te alliciat,
 semper cogita, quàm periculosus tibi futurus
 sit discessus Christi JESU à te, omne enim
 catum aut Deum omninò à te separat,
 saltem pulchritudinem ejus offuscat,
 rumque grave, utrumque laqueis plenum
 igitur in decipulas incidas, firmiter propo-
 nunquam te Deum offensuram, atque, ut
 efficacius præstes, allaboraturam, ne
 quam præsentia Divina obliviscaris,
 potiùs in horas, imò in momenta eandem
 mentem revoces. Certa esto, Anima de-
 ta, si hoc præstiteris, Deumque præsentem
 semper præ oculis habueris, ascensuram
 cum glorioso Triumphatore æthereas
 ædes, quas ipse paraturus conscendit
 æternùm inhabitat.

* * *

DIES DECIMUS.

Preparatio Apostolorum

Et

Adventus Spiritus Sancti.

MEDITATIO TERTIA:

PUNCTUM PRIMUM.

CONSIDERA, Anima devota, promptissimam resignationem Sanctorum Apostolorum in Divinam voluntatem dilectissimi Præceptoris sui, tametsi enim gravissimum eis esset separari à Christo, nihilominus tamen, quia hoc ei placitum esse perspexerunt, gratulabantur omnes de æterna gloria, quâ ad dexteram Patris sedens erat fruiturus, plenique angelica consolatione Jerosolymam cum beatissima Virgine se contulerunt, Christi promissionem, quâ adventum Spiritus S. pollicebatur, per decem dies avidissimè expectaturi. In hoc Apostolorum, beatissimæ Virginis & aliorum devotorum conventu consideres velim, quanta pace, quantave unione omnes illæ bonæ animæ steterint ab omnibus alijs creaturis separata, non ignaræ, quanto adjumento ad percipienda promissa cœlestia sit abstractio à terrenis.

M

Con-

Confidera, quod omnes fuerint in oratione perseverantes, non nescij, quantum orationis efficacia, quantumque valere extorquenda Divina promissa. Noverim, Anima, non omnem orationem esse præstantiæ, sed eam duntaxat, quæ necessarijs virtutibus fuerit prædita, qualis Sanctorum Apostolorum, quæ nobilissimi omnium virtutum Choro erat condecorataque imprimis charitate, quia fervens militate, quia perseverans; resignata Divinam voluntatem, quia pacifica & humilis; ut adeo mirum non fuerit, ex illis eos fuisse; si enim *oratio humiliantis* penetrat, quanto magis tam perfecta, & que qualitatibus instructa?

AFFECTUS.

Benè est, O mi JESU, *percutis ut san-*
ctifigis ut consolers. Quantum
 mentum, quanta afflictio erat
 stolis, videre te avelli & discedere?
 ce! hoc ipsum in majus emolumentum
 ciebas, ut nimirum inde mitteres Spiritum
 Sanctum, omnium animarum Consolatorum
 O quanta erat S.S. Apostolorum dispo-
 quam ferventes gemitus & suspiria
 frequens, devota & humilis oratio!
 hæc omnia O Sancti Apostoli? An vo-

lum dubium de divino promisso? Ah! no-
veratis, sine tali præparatione Spiritum San-
ctum recipi non posse, unde tanta in vobis
devotio, tanta pax & unitas cordium. Vi-
des, anima mea, quid requiratur, ut descen-
dat in te virtus Spiritus Sancti? O quàm lon-
gè abes à tanti Paraclæti fruitione! Ne mire-
ris, quod tam sis arida, tam imperfecta, tam
inquieta & alijs pluribus vitijs subdita; deest
tibi ignis, qui te accendat; fons vivus, qui re-
focillet & simul abluat; spiritualis unctio,
qua in via perfectionis roboreris. Ad hunc
suspira, O Anima mea, hunc inclama, ad
hunc recipiendum te præpara, etsi diffidas de
tua infirmitate, confide de Redemptoris be-
nignitate, fac quod est in te, & Deus aderit
bonæ voluntati tuæ. O consilium bonum!
Quidni ergò, O Jesu amantissime, execror
& abjuro quidquid Spiritui huic obicem po-
nere potest? Ah desidero perfectissimam il-
lam dispositionem, quam anima habere po-
test. Quis, per Deum! insufflabit illum
Spiritum, eam collectionem, devotionem,
amorem, humilitatem, omnes alias virtutes,
quibus effulserunt beatissima Virgo Maria &
totus beatissimus cœtus Jerosolymis congre-
gatus? O utinam essem à Mundo totaliter
separata! Utinam ardentissimas amoris
flammas in corde meo foverem! utinam in-
tuitu nihilitatis meæ exurgeret in me per-
fecta

fecta submissio, & mei ipsius contemptus. Quis dabit mihi hæc omnia? cuius forensis plex aggrediar? quis clamantem exaudiverit? Ad te, O mi JESU, refugium meum, tu clamaveris afflictam, medeberis infirmam, & dies vociferantem. Tu enim dixisti: *te & accipietis, pulsate & aperietur vobis.* tuos igitur pedes, O Victoriosissime JESU, provolvo, & licet sim imperfecta, contamen tamen de tua misericordia, & offero tibi spositionem Apostolorum & speciatissimam Matris tuæ Virginis Mariae. *te Spiritum tuum & renovabis faciem meam, & rimi statûs & vitæ meæ.*

Fructus & proposita.

A Postolica hæc collectio duo tribuit, Anima devota: Primum, ut, si dona Spiritus Sancti affectu creaturis te abstrahas, alterum, ut contemneris. Ne autem aberres, & quamvis devotionem Deo acceptam existimes, non contemneris. *eam debere esse constantem, oportet orare & non deficere, & ferventem, ne ratur maledictum Divinum: Quia tepidus incipiam te evomere ex ore meo: qui constantem & ferventem, omnes orationum proprietates includunt. Invigilabis & seriò propones preces tuas ita, in-*

Luc. 18.

Apoc. 3.

v. 16.

quemadmodum à Sanctis Apostolis Deo
porrectas vidisti. Speciatim curabis, ut
pluribus in oratione collectis te associes, ta-
lis enim oratio plurimum prodest, ut adeò
multæ animæ in unum collectæ vim quasi cœ-
lo inferant & violentiam, videaturque pro-
pè impossibile, eam à Deo non exaudiri.
Quidquid adversitatis vel etiam nimie pro-
speritatis tibi contigerit, confestim ad ora-
tionem confuge, ut in adversis non cadas
animo, & in prosperis non eleveris, Deique
ac tuæ salutis obliviscaris. Oratio omni
homini tam est necessaria, ut sine ea nullus
in via perfectionis possit consistere; novit
hoc capitalis inimicus noster, unde nil magis
procurat, quàm tædium aut aliquod aliud
negotium ingerere, quo impediamur.
Quem tædet orare tædet salvari. Qui non
vult orare, magis bestijs quàm homini est as-
similandus. Ne tamen perturberis, Anima
devota, si in tua oratione sensibilem aliquam
devotionem non deprehenderis, sæpè enim
contingit, ut initio conversionis magno spi-
ritu & fervore flagremus, qui tamen paula-
tim subsidere videntur, ut adeò anima quasi à
Deo derelicta credatur, quod tamen nihil est
aliud, quàm probatio & occasio majorem
coronam sibi in cœlo pariendi. Resiste vi-
lenter ingruenti tepori, excute velociter,
quod est in te & ora tam devotè, quàm

potueris, cœtera Deo commenda, serena
 cœlum, cum nubila probationis discesserit.
 Mos hic est Dei probantis & sibi dilectis
 animas exercentis. Qui genuini Dei
 nomen affectat, æque promptus esse
 ad ariditatem, quàm ad consolationem
 ternam, unde, quotiescunque orare incipis,
 ris, semper humillimè te Deo submitte
 dignam judica, quæ coram oculis Dei
 reas. Propone Deo infirmitatem, ne
 tatem & indigentiam tuam cum plenâ
 resignatione, omnia, quæcunque volunt
 manu ejus libentissimè acceptandi.
 fac, Anima devota, & certò vives hinc
 æternum.

PUNCTUM SECUNDUM

CONsidera, Anima devota, tempus
 modum, quo Spiritus Sanctus
 Apostolos descenderat. Verum
 tempore, quo corda fidelium totaliter
 in Deo elevata & quasi extra Mundum
 cata. Modus tamen erat mirabilis,
 tiùs terrere quàm consolari videretur,
 quippè auditus erat ventus magnus &
 dus, *tanquam advenientis spiritus velociter*
 quo totum cœnaculum replebatur,
totam domum, nec satis erat, excitalle
 tam vehementem, sed induit insup

Act. 2.

v. 2.

nam igneam: *Et apparuerunt illis dispersita
lingua tanquam ignis, ut credidisses, omnia
incineratum iri.*

Confidera, tempus illud ideò placuisse
Spiritu Sancto, ut tota posteritas edisceret,
se quidem erga omnes ingenti amore teneri,
nihilque magis exoptare, quàm omnium cor-
da incolere, ut tamen id desideraret, fieri
non posse, nisi corda sursum levaverimus, &
divinis fuerimus intenti. Quòd autem fra-
gore ac sonitu tam vehementi advenerit,
ostendit mirabilem suam operationem, quã
pulverem terrenarum cupiditatum priùs ab
animabus ad instar venti excutit & propellit,
tum verò, ut ignis ingreditur, quidquid car-
nalis & defectuosi affectus in homine residet,
consumpturus ignemque Divini amoris ac-
censurus.

Confidera, totam domum ideo replevis-
se, ut in omnibus excitaret desiderium sui re-
cipiendi, omnesque colligerent, se in omni
loco præsentem esse & exspectare quousque
aditus præparetur. O si anima tanto ardo-
re erga Spiritum Sanctum exardesceret,
quanto ipse erga abjectissimos quosvis ho-
minunciones, Prò! quanta mutatio foret!
quàm mores excultiores! Vita suavior,
charitas profusior!

* * *

M 4

AF-

AFFECTUS.

O Amor divine ! O Sancte Spiritus
 Quis te non amabit ? Quis te non
 siderabit ? Fateor indignam
 quæ te recipiat ; si autem non veneris ad
 ut dignam me efficias, semper tua dulcissima
 præsentia carebo. *Veni Creator Spiritus.*
 fla interiora mea & quasi ventus validus
 rifica cor meum ; excute omnem affectum
 mundanum ; inflamma igne amoris
 inardescat & consumatur in te. *Amor*
 Deus meus ex toto corde, quia tu prior
 stime ; Aperio tibi januam cordis mei,
 gredere & inhabita illud. En ! clavem
 porrigo ad omnia interiora mea, novi
 te clavem aliam non petere nisi amoris
 hunc ergo accipe & suscipe me, O amor
 lestis ! O ignis jugiter ardens, quàm es
 derabilis ! accendis animam & non consumi
 ris, inflamas & non destruis, in cinerem
 redigis & tamen vivificas, salvas & vitam
 æternam donas. Quis ergò non amet
 impius sanè foret, qui te non amaret.
 lò ego impiorum cœtui annumerari,
 exuere omnem impietatem & omne illud
 quod à te unico amoris objecto
 abstrahere potest.

Fructus & proposita.

Quod Spiritus Sanctus impetu tam vehementi cœnaculum repleverit, ansam tibi porrigit considerandi, quàm fragiles & ad malum proclives simus miserî homines, ut non nisi cum impetu à terrenis abstrahi & ad Deum perducì possimus. Unde firmum propositum statues, tibi met ipsi vim inferendi, & sic passiones tuas edomandi, cum enim *regnum cœlorum vim patiatur* Matth. 11. v. & non nisi *violentis* pateat, nec quisquam ingredi possit, qui non fuerit Spiritu Sancto repletus, clarum est, omnimodis allaborandum, ut ferventi contritione & seria vitæ emendatione sensualitatibus vim inferas, Spiritui Sancto hospitium præpares, & sic tandè, prælucente hoc igne, ad gaudia æterna pervenias. Totum cortuum vult Spiritus iste, nec patitur rivalem, ergò excute quidquid mundani latet in te; pone obicem omnibus creaturis, quæ te à Deo tuo divellere possunt; esto constans in resistendo passionibus & tentationibus; exerce te in operationibus sanctis, in rerum cœlestium contemplatione & præcipuè in oratione; quidquid agis, dirige ad finem ultimum, qui est Deus, nec quidquam facias, nisi puro ejus amore, huc omnia tua coliment. Hic meta & scopus esto.

M §

PUN-

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, Anima devota, ratione
motiva propter quæ æternus
Spiritus S. misit. Primum erat
bonitas & amor erga nos, quemadmodum
ipsa bonitas compulit eum, ut Filium unigenitum
mitteret, quatenus per passionem & crucem
redimeremur atque in filios adoptionis extolleremur;
ita hæc ipsa bonitas extorsit Spiritum Sanctum, ut
esset Sanctificator & Consolator. Secundum
merita Christi, qui morte sua tam magnum
donum promeruerat. Tertium necessitas
& miseriæ nostræ. O quam fuisset desiderabilis,
si Consolatore isto fuisset deus, ipse enim
defendit nos ab omni malo, resistit contra
tentationes, inimicorum insidias confringit,
& quod huic Spiritui proprio est, consolatur nos
in tribulatione. *2. Cor. I.* tametsi enim omnes tres personæ nos
consolentur, quia omnes sunt *Deus totius consolationis*,
nihilominus tamen, quemadmodum Patri magis
propria est Omnipotentia, Spiritui S. S. Sapientia,
ita Spiritui S. Amor & consolatio; unde vocatur
Spiritus Paraclæticus, est Advocatus & Consolator.

AFFECTUS.

Veni itaque, O Spiritus divine
consolandum cor meum, veni, O

lato animarum! Descende ad seruum tuum, qui adeò te suspirat & desiderat. O quàm desipis, Anima mea, dum alibi quam ab hoc Spiritu consolari appetis, ipse enim fons est, unde omnis abundantia perfectæ consolationis promanat. Ipse *totus amabilis est & desiderabilis.* Tibi igitur, O Sancte Spiritus totam me consecro, tibi devoveo, O! mitte vel radiolum ignis tui in triste & afflictum cor meum; Tu nosti, quàm in tribulationibus sim pussillanimis & dejecta. Adjuva igitur imbecillitatem meam & imple me virtute tua, ut totum Mundum mihi insultantem vincere, vereque in divinam voluntatem resignata permanere valeam.

Fructus & proposita.

Benè vides, Anima devota, quòd si Spiritus Sanctus sit Consolator tuus, exinde colligendum esse, nunquam posthac consolationes in Mundo quærendas sed in Deo. Quando affligeris, infirmaris & es desolata, recurre ad Spiritum Sanctum, qui te confortabit. Observa, quemadmodum terra sine pluvia semper est arida, sicca & infæcunda, ita animam semper fore aridam in devotione, siccam in Spiritu, infæcundam in progignendis virtutibus, si fuerit rore Sancti Spiritus privata, quod Prophetam Davidem indi-

indigitasse suspicor, dum ad Deum con-
 fus ingemuerat: *Anima mea sicut terra
 aqua tibi.* Quem gemitum S. Thomas Vi-
 novanus de Spiritu Sancto explicat, dum
*Sterilis est & arida, hispidoque deserto similis
 omnis anima, quam tuus, Domine, non iras
 Spiritus.* Unde non mirandum, quod tan-
 tæ desolationes sint in Mundo, tanta
 ctiones in anima, tamque rari pœnitenti-
 devotionis fructus, totum enim inde pro-
 nit, quod ignis iste tam parum æstimetur,
 quin potiùs quàm longissimè fugiatur,
 calore suo divino in animam agere nequeat.
 Disce tu sapere, Anima mea, & damna
 rum cautam te reddant. Cùm primum
 qua tribulatione vel angustia obrutam re-
 verteris, mox ad Spiritum hunc confis-
 provolve in genua & ex intimo cordis pro-
 generale suspirium: *Veni Pater pauperum
 veni dator munerum, veni lumen cordium
 nebris miseriarum involutorum.* O Lax-
 tissima, reple cordis intima tuorum fide-
 lava quod est sordidum; riga quod est aridum;
 sana quod est saucium; Da misera mihi in-
 confidenti robur hic in terra & ibi perenne
 dium Amen. Osculare deinde septies
 ram, in honorem septem donorum ejus
 singulo osculo singulare donum pete,
 dubita, quin consolationes uberrimas sis
 pertura; Ipse enim est *Consolator optimus
 sis hospes anima, & dulce refrigerium.*

MEDITATIONES.

De Perfectione & felicitate Statûs religiosi.

Pro religiosis utriusq; Sexûs.

CRedas, Amina devota, omnes, qui ad Statum religiosum vocantur, maximo favore à Deo præveniri; Dici enim potest, ab inferno tunc eos evocari & ad paradisum perducì. Hinc est, quod in Religione constituti summopere & unicè teneantur invigilare devotioni & perfectioni. Nec Religioso effugium patet, unde ab hoc præstando se excuset, cum Religio plurimis occasionibus & motivis abundet, quibus ad virtutes & perfectionem incitatur; quorum cum ingens numerus à vitæ spiritualis Magistris enumeretur, pauca duntaxat delibasse sufficiat.

Primum motivum & incitamentum desumimus ab ipsomet statu religioso, qui, cum sit sanctus & status perfectionis, animam quoque in eo constitutam inducit ad applicandum se vitæ virtuosæ devotæ, perfectæ & Angelicæ. Status iste cum sit Angelicus, institutus est ad eruendam animam ab affectibus terrenis, excitandam ad rerum cœlestium contemplationem & ducendam etiam
in

in hoc Mundo vitam Angelicam, quem
modum piè observat S. Basilius. Vita
giosa exsoluta est à vinculis matrimoni
hinc etiam libera ad elevandum se à mu
nis pulchritudinibus, quo oculis, Virg
puritate purificatis, majori libertate
vinam contempletur, quod Angelorum
proprium, qui in nihil aliud feruntur, et
pulcherrimam Dei faciem, in quam

1. Petr.
1.

rant Angeli prospicere.

Secundum motivum & incitamentum
oritur à loco, in quo habitant Religiosi
enim sunt Monasteria seu domus religio
rum, quàm paradisi voluptatis, ubi De
ponit eos, quos sibi eligit, creat, form
extollit ad statum filiorum Dei? Mon
rium simile est cælo empyreo, ubi in
animarum cumulus Dei delitijs inebriat
Ipse locus ad perfectionem extimulat,
valde inconveniens est, animam in loco
cto vivere peccatis immersam, in Cælo
esse terrestrem & in loco perfectionis ter

Tertium motivum sunt occupatio
exercitia religiosa, quibus quasi toriden
lis ad perfectionem sublevatur. Qu
actiones, quales sunt oratio, mortific
actus humilitatis & obedientiæ, frequen
tio Sacramentorum, bonorum-tem
lium contemptus & aliæ innumera, quæ
animam ad Deum evehunt, ut adeo

quoniam in his exercitijs non proficit, merito infelix & miserabilis passim audiat, miseroque illi assimilari possit, qui ad ignem consistens semper friget; aut fame perit dum lautis epulis adsit, seu fonti proximus siti squallet, qui denique in medijs divitijs semper eget.

Quartum est bona opinio saecularium, qui religiosos, ut homines sanctos, perfectos, Mundo, carni & cupiditatibus mortuos venerantur. Quae opinio, ne arenoso fundamento innitatur, necessarium omnino est, ut vero spiritu ad perfectionem anhelent, secus hypocritis annumerandi, qui, cum vitijs turgent, bonos se simulant, seu, ut bene observat S. Basilus, histrionum more repraesentant eos, quales non sunt, repraesentant Dominum, cum tantum sint servi; Regem, cum sint privati, *Hypocrita dicitur histrio, qui in theatro sustinet personam alienam; Heri saepe cum sit servus; aut Regis cum sit privatus.*

Hom. de laud. Jejun.

Quintum motivum resultat ex ipsomet habitu, quem, si perpenderit religiosus, videbit, totum eum esse a saeculari diversum, nec id inani duntaxat caeremonia introducum; quin potius consideret Religiosus, vitam suam adeo a saecularibus debere differre, quemadmodum hic ipse habitus totaliter discrepat. Si fuerit albus, discat puritatem, vitae & morum suorum candorem, discat diligentiam, qua gratiae Dei inhiare debet, cujus

cujus adminiculo in anima dealbetur, ut
 cher efficiatur, discat fugiendum peccatum
 unde Deo odibilis & deformis reddatur
 fuerit niger, cogitet cum S. Anselmo
 sciat Religiosum interiùs debere esse
 exteriùs verò mortificatum; Si fuerit
 humilitatis & simplicitatis arguatur
 esto. Totus denique habitus præcon-
 cem subeat, quo identidem admonetur
 mnia hujus Mundi blandimenta te relin-
 sanctorumque mores & vitam amplecti
 esse.

Cassianus, magnus ille & in spiritibus
 cundissimus Magister, per omnes sancti-
 tus partes speciale quiddam denota-
 tumat. Birretum in modum crucis
 bus Clericis commune signum esse rati-
 lites eos esse Christi Ducis & antesignani
 sub cujus vexillo tota vita in omnibus
 angulis militare parati sint, tantæque
 eos existimationis ac pretij crucem esse
 pro galea utantur, qua & caput & cor
 tegant, seu potiùs obarment, pleni
 desiderio, qui *non erubescunt ignominiam*
crucis.

Per cucullum, innocentiam & puritatem
 indigitat. Talaribus seu tunicis circa
 colligi solitis Religiosorum constantem
 longanimitatem assignat, carnis
 mortificationem & promptitudinem

tutum ac perfectionis semita. Toto demum habitu in unum collecto varia virtutum exercitia inculcat, recteque concludit, propter hæc & alia infinita motiva Religiosos ad perfectionis augmentum adstringi.

His adde, quòd si abstrahere se à negotijs & decendiali exercitio sibi vacare profit omnibus animabus cujusque statûs aut conditionis; longè id magis convenirè Religiosis, pluribus titulis ad studium Sanctitatis obligatis, cùm id medium sit efficacissimum tantique roboris, ut & ipsa sua Sanctitate Paulus Papa quintus omnibus id ipsum præstituris, & huic tam sancto operi per orationes, confessiones ac sacras communiones devotè vacaturis, concesserit indulgentias plenarias.

Manum igitur admoveamus, huicque tam sancto studio operam nostram qualem qualem annectamus, certas meditationes cuivis diei assignando.

* * *



N
DIES

DIES PRIMUS.*Devocatione ad Statum Religiosum.***MEDITATIO PRIMA****PUNCTUM PRIMUM.**

Primò omnium immergete in abyssi Dei bonitatem, quæ te ab hujus mundi miserijs eruit, quibus non secus ac cula innatabas, evidenti submerfionisiculo exposita. Portum jam confectum ubi secura & absque molestia degas. cula eras in ravidissimi lupi faucibus detentus & ecce! associata es novem illis & viginti ovibus in deserto, hoc est, restituta societatem Angelorum.

Considera, vocationem ad statum religiosum nihil esse aliud, quàm secessum in locum animæ ex infelici statu in locum felicitate exuberantem descendentis. Mundum istum congruentiùs assimila quam regno cuiuspiam pleno iniquitate quo invidia regnat, sævit crudelitas, imperat, ambitio dominatur, vitia magna pace perfruuntur? ut optime

Osea. 4. dixeris illud Oseæ: Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra.

leditum, & mendacium, & homicidium, & furum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit.

In Mundo semper peccata peccatis cumulantur; in Religione virtutes exuberant & charitas regnat, imperat amor, humilitas commendat, puritas dominatur, omnia quam ordinatissime fluunt. Quid est saeculum istud? nisi volubilis rota omnia commovens, atterens, consumens, in quo nihil est stabile, diuturnum nihil. *Quid miserabilis Mundo, dicebat S. Gregorius Papa, cujus fructus ruina est? Ad hoc crescit ut cadat; ad hoc cadit ut germinet; ad hoc germinat ut, quacunq[ue] germinaverit, cladibus consumat.* Religio contra columna quaedam est stabilis & firma, cujus fructus perseverantia & virtutum robor, ubi anima crescit, ut semper magis magisque augeatur, ubi germinat, ut semper pulchros flores dulcioresque fructus proferat.

Considera nunc, O Anima, quantum beneficium Deus tibi contulerit, dum te ad Religionem vocavit & ab inimico hoc Mundo eripuit.

AFFECTUS.

Cognosco, O Deus meus, beneficium in mea vocatione collatum; grates tibi
N 2 infini-

infinitas, O bonitas immensa. Unde
 sellulo mihi tam ingens amor, O mi Deo
 inter tot animarum myriades me abieci-
 mam peccatricem selegeris, & ne perire
 securum Religionis portum, statumque
 tranquillum, tamve felicem collocar-
 ubi maxima facilitate & dulcedine ad
 riosum tuum regnum pervenire possim.
 Ah! quam mihi nunc displicet, tanto
 ficio non respondisse. Aperi, O mihi
 aperi oculos mentis meæ, ut videam & pro-
 ctè æstimem tam immensum beneficium
 quod sanè inter omnia, quæ animæ con-
 potes, est maximum. Da, inquam,
 Jesu! ut statum meum perfectè agnoscam
 tibi in vera cordis simplicitate serva-
 leam.

Fructus & proposita.

Certum est, Anima devota, domi-
 cationis ad statum religiosum transire
 omnibus esse sublimius, dum
 Deus animam ad religionem vocat, in
 cissimum statum reponit, cujus admi-
 perfacile in virtutibus & perfectione pro-
 diatur. Certò teneas, quòd liberatum
 à Mundo non sit aliud, quàm sublevatum
 ab omnibus impedimentis, quæ in via
 ctionis possunt occurrere, inter quæ

fimo numeraveris affectus terrenos à divina contemplatione nimium quantum avocantes, qui tamen ipsi per vocationem ad statum religiosum adeò tolluntur, ut non nisi à longè animum perturbare valeant. An non vides, quantis periculis Mundus scateat? Audi S. Augustinum disertissimum & expertum in hac materia Oratorem: *Plena sunt omnia, periculis, plena laqueis; incitant cupiditates, post insidiantur illecebra, blandiuntur lucra, damna deterrent; Amara sunt obloquentium lingua, nec semper veracia sunt ora laudantium. Inde servit odium, hinc decipit mendax officium, ut facilius sit vitare discordem, quam declinare fallacem.* Non invenies, Anima devota, vel unicum statum sæcularem, qui non sit plenus innumerabilibus periculis, deceptionibus, doloribus, miserijs; omnia negotia millenis laqueis sunt circumvallata, ut adeò vel obiter consideranti pateat, à quantis periculis amantissimus Deus tuus te liberaverit, Resolvere igitur in immensas laudes, benedic sanctissimam Dei dispositionem, grates age pro tanto beneficio, & propone, tantæ vocationi pro posse respondere.

PUNCTUM SECUNDUM.

Considera, Anima religiosa, donum vocationis esse certum & infallibile donum

N 3

num

num Dei, quia vocatio ad Religionem
 à Deo provenit. B. Laurentius Justinianus
 & Abbas Moyses apud Cassianum stru-
 tria principia internarum suggestio-
 cogitationum nostrarum, Deum, naturam
 Diabolum. Desiderium ingrediendi
 gionem non potest provenire à natura,
 hæc fugit vincula, quibus anima cum
 constringitur, & cum status Religionis
 sistat in perpetua mortificatione, contra
 que propriæ voluntatis abnegatione;
 nachus siquidem, uti Climacus annotat.

Grad. 1. perpetua nature violentia, nemo non
 partum hunc ingressus ad Religionem
 enasci à natura; nec item à Dæmone
 enim, cum sit infensissimus animarum
 nihilque cupiat nisi eorundem inter-
 non potest tam bonas inspirationes
 motus in anima excitare aut perfectionem
 dium, quod in religione viget, cordi
 primere, is enim regno Christi in
 non ut ædificet, sed ut destruat. Unde
 bes, Anima devota, vocationis hujus
 originem non esse nisi Deum, cujus pro
 est, animam in virtutum & perfectionis
 tam dirigere. Ut taceam, Deum ante
 mortem in funesto crucis patibulo
 lum subiisse, ut animarum saluti provi-
 quas, dum videt adeò deperditas &
 suæ immemores, ad religionem vocat

tanqu
 vitia,
 ritu &
 Co
 virtuo
 tum &
 que ad
 num p
 tu hum
 gianan
 Lessio
 inclin
 sunt ab
 ret per
 dore
 ad reli
 an prop
 exortu
 nem in
 O
 Religi
 scunt t
 tulam
 ingress
 causa

tanquam in Schola perfectionis dedisceret
vicia, edoceretur virtutes, proficeret in Spi-
ritu & sanctitate, quæ ut penitiùs capias.

Confidera, de fide esse, omnes motus
virtuosos, omnes affectus internos ad spiri-
tum & ad salutis acquisitionem directos, at-
que adeò ipsammet determinationem ad bo-
num promanare à divina gratia, non à spiri-
tu humano, & contrarium esse hæresin Pela-
gianam, uti docuit S. Augustinus doctrina à
Lessio citata, quoscunque ergo impulsus &
instinctus ad Religionem adverterimus, non
sunt ab alio, quàm à Deo, cùm is solus inspi-
ret perfectionem, confirmante id ipsum Do-
ctore Angelico Thoma Aquinate: *illi, qui
ad religionem accedit, non potest esse dubium,
an propositum de ingressu religionis in ejus corde
exortum sit à Spiritu Dei, cujus est ducere homi-
nem in terram rectam.*

*De sta-
tu vita
relig. q.
5. n. 56.
22. quo
ult. ar.
ult. ad.*

AFFECTUS.

O Anima mea, quàm Deo tuo pro voca-
tionis beneficio es obligata! Ah!
Deus amantissime, quàm malè agunt
Religiosi illi, qui non solùm te non agno-
scent tanti boni auctorem, sed & de suo sta-
tulamentantur, maledicunt dies, quo sunt
ingressi, & ijs omnibus, qui ingressus eorum
causa extiterunt. Nunquam ego posthæc
N 4 tam

tam perversus ero, mi Jesu benignissime
semper te benedicam & laudabo. Con-
teor insuper & agnosco vocationem
à te omnis boni auctore promanasse,
quo totis viribus & affectu grates tibi ha-
Tu, Tu, O Deus meus! sanctas cogitationes
pectori meo instillabas, tu movisti cor meum
ad acquisitionem virtutum, tu aperuisti
oculos meos, quibus semitam ad statum tam
tum invenirem. Gratias tibi, Deus meus
nunc & in æternum, nunquam beneficium
hoc è meo pectore, nunquam è memoria
nunquam è cogitationibus meis evanescit.
Semper, semper pro vocatione mea te laudabo.

Pf. 33.

v. 2.

*Benedicam Dominum in omni tempore
semper laus ejus in ore meo.*

Fructus & proposita.

EX his considerationibus discas, An
religiosa, permagni æstimare
religiosum, cum sit donum Dei,
possit esse vel aliud, vel ab alio, nisi à Deo.
Habent Religiosi illi cur magnam peccati
Deo infligendam timeant, qui vocationem
suam non æstimant, imò contemnunt.
Magnum quid est & grave debitum, divina
gratiam spernere, cujus certissimus effectus
est vocatio ad Religionem. Graviter
delinquent Religiosi illi, qui nihil

cunt. Qui vocationem suam non æstimat, non æstimat salutem suam, cum Religio sit medium infallibile eandem obtinendi. Vocatio ad religionem semper est à Deo, & dato casu, ait Doctor Angelicus, quòd Dæmon incitaret aliquem ad Religionem, si hic acquiesceret instinctui, tametsi esset à Diabolo, non tamen malè faceret, nec cuiquam periculo subjaceret. En tibi ipsiusmet S. Doctoris verba: *Detur, quòd diabolus incitet aliquem ad religionem intrandam, hoc opus bonum est, & bonis Angelis congruum. Unde non est periculum, si quis in hoc consentiat.* Sciendum porrò, ait prælibatus Sanctus, quod si vel à dæmone, vel ab hominibus ingressus ad Religionem tibi suadeatur, quâ mediante afficitur anima sectatrix Christi, hanc exteriorem suggestionem non fore efficacem, nisi interiori à Deo solidatam. *Talis suggestio efficaciam non habet, nisi interiori attrahatur à Deo.* Ex quibus habemus, inquit, S. propositum ingrediendi religionem, unde unde suggestum, semper tamen esse à Deo. Et ita Religionis propositum, à quocunque suggeratur, à Deo est. Collige ex hoc, cum quanta consolatione religiosus vivere debeat in Religione, cum sciat & certus sit, se in statu salutis esse, atque à solo Deo vocari potuisse. Discite insuper, verè agnoscere veritatè istam, quòd nimirum graviter Deum offendat, qui de sua vocatione conqueritur.

PUN-

PUNCTUM TERTIUM.

CONSIDERA, vocationem ad Religionem tam eximium donum esse, ut in mentem Sanctorum Patrum sit in excellentioribus signis prædestinationis possitque dici religiosos certam habere suæ salutis. Quod ipsum, gloriosissimum Salvatorem Religiosis pollicitum esse, legitur, cum Apostolos suos primosque (uti communiter Patres sentiunt) alloquitur, promississet eis vitam æternam dicens:

Matth. 19. *omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut rores, aut Patrem, aut matrem, aut uxorem,*

aut filios, aut agros propter nomen meum sequentem, ipsum accipiet & vitam æternam possidebit.

Scias O Religiose, Dei promissa fallere non posse, si tu feceris, inquit S. Chrysostomus, quod iusserit Deus, ejusque amore renuncies veris omnibus, certus esto, Deum promissis tuis non defuturum, nec causam suberitur de vita æterna dubites. Audi ipsam

Lib. de provid. *S. Doctorem. Impossibile, mentiri Deum. promisit autem ille vitam æternam istis respondentibus.*

Reliquisti tu omnia & adsequeris? Quid igitur prohibet de hujusmodi complere promissione & esse securum?

Considera, quàm magna debeat esse solatio Religiosorum, qui mandato Christi obediunt, dum mundanis reculis re-

tiant, securos se reddunt de vita æterna, cùm Christus in suis promissis fallere nequeat, ut adeò in die judicij bonus Religiosus liberrimè cum pijssimo illo Scotorum Rege dicere possit: *Domine Jesu, ego feci quod jussisti, da, quod promissisti.*

AFFECTUS.

Quod majus beneficium præstare tibi potuisset Deus tuus, Anima mea, quàm per vocationem ad Religionem in numerum prædestinatorum te collocando? læta igitur vivito de spe consequendæ salutis æternæ. Enim verò, ne intermitas sedulam te in hoc servitio exhibere; quantò enim allaboraveris, tanto beneficijs cumulaberis; Deus quippè est cui servis, qui opera tua opulentissimè vult, scit & potest remunerari, huic ergo servias, qui in suis promissis non potest falli.

Ah mi Deus! licetne ingrato mihi oculos ad te reflectere? En! miserrimam animam meam ad pedes tuos humillimè prostratam & veniam implorantem. Ah! doleo mi Deus, doleo ex toto corde & pœnitent me peccasse; doleo, quod tam tepidè hactenus tanto beneficio responderim. Emendabo in melius, quæ impudentissimè peccavi, summam posthac in tuo servitio diligentiam adhibe-

adhibebo, qua clarè tibi ostendam & obsequiosos divinae Majestatis tuæ ponam dolorem displicentiam meam.

Fructus & proposita.

Est, cur summopere moveare, Anima religiosa, dum ex his consideratibus liquido tibi constat, te hoc ipso à Deo ad Religionem vocata fueris, in merum prædestinatorum collocatam. cur in summa consolatione vitam tuam perfigas, salus quippe animæ pulcherrimum perfectissimum objectum est, quo animæ creari potest. Recordare obligationis. Anima religiosa, quibus Deo pro tanto re es obstricta; quemadmodum enim Iulus Hebræus ex Ægypto vocatus est, ut terram promissam introduceretur, ita Religiosus à Mundo vocatus est, ut cœlestis Paradisus incola efficeretur: Populo Hebræo terram felicem promisit, Religioso terram beatam quæ est gloria æterna. Observandum est, quemadmodum non omnes Hebræis terram promissam sunt ingressi, non omnes Religiosos cœli gaudia adepti sunt. Solum illi Hebræi ingressi sunt, qui legem à Deo datam observaverant, ita etiam solum ille Religiosus Paradisum possidet, qui legem divinam & sua vota studiose

coluerit; ceteri omnes tanquam vocationis suæ contemptores in erebi flammis detrudendi. Nec hoc vel Deo, vel ejus promissis, erit admetiendum, qui enim inhiat obtinendis à Deo promissis, necesse est ut statui suo conformiter vivat. Hinc Religiosus videns se in statu tam felici & in via ad aeternam patriam collocatum, omne suum studium intendere debet, ut vitam boni religiosi vivat, suamque vocationem summè aestimet. Religio est porta cœli, ajebat B. Laurentius Justinianus, *Illius civitatis iste est Deo introitus; iste nempe est locus, de quo ait S. Jacob, verè non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli, per quam tamen nulli patet ingressus, quam, qui hic viriliter & perseveranter certaverit, ille enim solus coronabitur illic gloriosè, secure speret talis, post hanc peregrinationem ad illam supernam intrare Jerusalem.* Si ergo, O Religiose, gloriam desideras & bona illa aeterna, persevera in tua vocatione & esto bonus, cum non omnes absolute sed boni duntaxat religiosi salvantur.



DIES SECUNDUS

*Quam magna bona pro-
niant è vocatione ad Reli-
gionem.*

MEDITATIO SECUNDA

PUNCTUM PRIMUM.

Considera, anima religiosa, eo
quòd vocatio tua proveniat à Deo
quo omne bonum, fieri non posse,
ex eadem profluant immensa bona.
fons & origo est omnis felicitatis, unde
nisi aquæ dulces emanare possunt. Etenim
men voluptatis, unde non nisi rivuli deli-
rum scaturiunt, & hic ipse te vocavit,
non nisi omne bonum expectare possis.
Quod ut penitiùs intuearis, unicuique
bonum probè discutias, quod per voca-
nem exemerit te infinitis peccandi occa-
sionibus, atque adeò hoste illo infensissimo
malorum omnium est maximus, nempe peccato.

Considera hanc à peccatis immunitatem
tantum bonum esse, ut si per ingressum peccati
gionis nullum aliud obtinuisses, quam
unico peccato abstinuisse, adeò id tantum
bonum excresceret, ut pro eo capessentem

ullum tormentum, nec maxima quavis pœnitentia sufficeret; quantum ergò bonum erit, à tot peccatis, quæ in sæculo constitutus commisisset, liberatum esse.

Considera insuper, Religiosum per suam vocationem non tantùm à peccatis & peccandi occasionibus esse liberum, sed in tali statu constitutum, quo simul ad innumerabiliū virtutum obtentum devenire possit, ut adeò omnimodis verificetur, inter omnes homines nullos magis divinum illud præceptum: *Declina à malo & fac bonum*, adimplere, quàm religiosos, quorum proprium est, peccata deserere & in bono proficere. Unde & S. Bernardus meritò dixit; Religiosum purius vivere, rariùs cadere: *Religio In Mat- sancta, in qua homo vivit purius & cadit th. 13.*

Ps. 36.
simile est reg. celo.

AFFECTUS.

AH, mi Deus! nunc enimvero agnosco beneficium à te mihi collatum, dum ad Religionem me vocasti. Peccator sum, & indies te offendo plurimis periculis exemptus. Quid factum fuisset, si in sæculo iisdem immersus permansissem? O utinam centum mihi essent linguæ, centum ora, centum præcordia, quæ in laudes tuas & in gratiarum actionem resolverem pro tanto bene-

beneficio? Grates tibi infinitas & innumerabiles, O benignissime Domine, pro gratia tua inestimabili & inextinguibili. Non possum, nec volo nisi te laudare & gratias agere. Sis ergo benedictus nunc & in æternum; Ah millies, millies mihi Deo gratias agere. Cave, O Anima mea! ne per hoc æternum Benefactorem tuum offeras, sed allabora implantandis virtutibus: cum ex hac virtutum palæstra non prodire, sed in virtutibus cumulari, turpe quippe in loco ubi vitia debellantur, vitijs obnoxium. hoc si feceris, tum primum religiosum fortieris, quod non conceditur, nisi qui vitia superant & in virtutibus crescunt.

Fructus & proposita.

Quem fructum ex hac meditatione eruere debeas Anima Religiosa, hoc est, cur inquirendo multum facias. Vidisti vocationem tuam originem suam à Deo sortitam esse, atque idcirco eius amoris pro virili correspondendum. Vidisti, adhuc ut sis religiosa, necessario incumbere; ut vitia eradicet & virtutes plantet, unde firmum & efficax propositum statuendum erit bene vivendi, omnia peccata devitandi & in virtutibus proficiendi. Exulta, Anima Religiosa, & tibi metipsum celebrare, portum quendam attigisse, ubi

dani insultus lædere nequeunt. Gaude, armis illis te instructam, quibus animæ hostes profiges & prosternas.

Consolare, in talem statum te collocatam ubi milleni modi suppetunt, Deum nunquam amplius offendendi, omnesque virtutes acquirendi; ubi tamen probè memineris, quæ suprâ attigimus, totum videlicet hoc bonum non à solo statu religioso provenire, sed necesse insuper esse, ut medio huic, licet secundum se efficacissimo, coopereris, quod fiet, si amaveris solitudinem & sæcularia evitaveris. Non habet Mundus, quod cum Religione agat, & Sæcularis quod cum Religioso. Quum charitas exigit, mansiunculam tuam relinquito, prodi è tuo monasterio; charitas enim Regina est omnium virtutum, nec virtus erit ubi charitas non fuerit. Si verò charitas te non avocet, remaneas in tua cella & stude colligendis virtutibus. Procura, ut omnes tui sensus omniaque tui corporis membra assuescant mortificationi, quo spiritualium sint capaciora. Meminerit Religiosus, tempus illud, quod Deus cumulandis virtutibus concedit, non esse consumendum verbis inutilibus & reclus abjectis, quia tempus omissum recuperari nequit; quemadmodum bonus quidam senecio apud S. Dorotheum piè advertit, dicens: *Aurum Doct. II.*
vel argentum si amiserit homo, posse eum vel id ipsum,

O

ipsum, vel tantundem recuperare, tempus
tem si pereat, nec ipsum amissum, nec aliam
eo posse aliquando restaurari.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONsidera, Anima religiosa, quod
quoddam grande bonum, quod in
Religiosus, quod est interna qui-
latitia, gaudium videlicet cordis & spiri-
levamen. Religiosus, qui religiose vivit
per media naturæ licet contraria, ut
pœnitentiæ, jejuniorum, ciliciorum & cen-
nuarum mortificationum, inhiat periti-
ni, etiam in his ipsis sentit dulcedines
gaudia. O Deum bonum! quæ nos
dia & tu anima religiosa experieris,
servieris Deo tuo, unico omnis gaudii
cto? *Illud solum & verum gaudium est*
bat perfectus ille Religiosus apud
Bernardum, quod non de creatura, sed de
tore concipitur, & quod, cum possideris,
tollet à te.

Ep. 114.

Considera, quantam suavitatem
apertura Anima religiosa, quæ Deo in-
tur. Ad hanc perfectiùs consideranda
instruet S. Bernardus, qui adeò eam
ut ejus comparatione omne aliud sit
omnis suavitas dolor, omnis dulcedo
tudo, omne pulchrum deforme, & tu

omne quod voluptatem afferre potest mole-
 stum. Ipsummet audi : *Cui comparata om-
 nis aliunde jucunditas mœror est, omnis sua-
 vitas dolor est, omne dulce amarum, omne de-
 corum fœdum, omne postremò quodcumq; aliud
 delectare possit molestum.* Impossibile pro-
 fecto est, ut gaudijs non exuberet bonus Re-
 ligiosus, qui semper corde & animo Deo
 unitus nihil nisi solum & unicum ejus bene-
 placitum quærit, in quo tota latitia fidelis
 animæ consistit. Testem hujus habemus S.
 Romualdum Abbatem, qui de se ipso testa-
 tur, centum annos in Religione in summa au-
 steritate, viginti verò in sæculo se transegis-
 se, & tamen viginti istos longos sibi plenos-
 que miserijs fuisse, ubi centum illi pauci vi-
 debantur præ gaudio & consolatione, quam
 in servitio divino delitiosissimè degustave-
 rat. Considera, quantæ sint consolationes
 Religiosorum.

AFFECTUS.

Subsiste hîc, Anima mea, subsiste. Et
 quid? videris tibi nimium pati? Exer-
 citia Religionis nimis ardua? Tempus
 orationis nimis frequentatum? Chorus ni-
 mis protractus? mortificationes nimis mul-
 tæ & magnæ? Hæccinè in te experiris, O
 Anima! & tamen religiosam te judicas? Ah!

ne, obsecro, decipiaris. Signum hoc tibi
 tis evidens, te Deum non nisi tepidè quaerere
 atque adeò solo nomine, non verò re
 religiosam esse; si enim perfectè Deum quaereres,
 in ipso invenires omne bonum & consequenter
 sequenter summas consolationes. Anima mea,
 cur adeò desideras delicias & voluptates?
 Exi paulisper ex hoc Mundo, & te uniri Deo,
 & certò tibi polliceor, delicias divinas,
 te degustaturam experturamque omnes mundanas
 consolationes felicitatemque summam includere.
 O Deus meus! commove me re miseris meis;
 Eleva defectus & curas meas; nunc enim &
 in perpetuum persequor, nulli alteri me inhiaturum,
 aliam consolationem quasitum quam tuam
 lam, quæ à te unico omnis boni objectum
 cesserit.

Fructus & proposita.

Fructum hujus meditationis dignè
 commonstrat S. Augustinus. Quod ipso
 ipso fatetur, tanto se in delibetis
 statùs permutandi afflictum fuisse magis
 quanto spiritualibus se dedere cogitavit
 majori semper horrore concussus; & quod
 quod mundanis nugis adhuc irretitus
 caperet, quæ erant spiritus: *Retinebat
 nuga humane.* Volebat, ni fallor, Deum

ei persuadere, infelicem & omni consolatione privatum fore, quotiescunque & quando-
cunque Deo se donasset. Verum ipsemet est
expertus, quam vanus fuerit iste timor, dum
reculis mundanis exsolutus Deoque unius
immenso consolationum pelago latus inna-
tabat: *Quod suave mihi subito factum est, à
suavitatibus nugarum abstinere, & quas amit-
tere metus fuerat, jam dimittere gaudium erat.*
Mox enim post factam conversionem Deus
infinita sua bonitate omnes Mundi affectus
ab ejus corde excusserat, ac pro ijs coelestes
læticias infuderat. *Eiciebas à me, veratu &
summa suavitas, eiciebas, & intrabas pro eis
omni voluptate dulcior.*

Audis, Anima religiosa, Deum intrare, si
mundana excutiantur? detestare itaque,
execrare & despice omnes voluptates & con-
solationes terrenas, tum equidem expertura
quam suavis sit Dominus. Cœcutit sanè, seu
potius desipit Religiosus ille, qui professio-
nis suæ immemor, spretis functionibus reli-
giosis, tota die mundanis est irretitus, ma-
gisque exoptat Magnatum palatia, quam
suam cellam incolere; quemadmodum enim
mente captum se declarat, qui intra fellis
colliculam mella colligere satagit; ita
stultus est, qui verum gaudium extra
Religionem quærit.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, Anima religiosa, plura adhuc alia bona, quæ obveniunt religioso, qui sincero corde Deo famulatur; & licet innumera ea sint, nonnulla taxat ex S. Bernardo religiosorum delictorum expertissim delibabimus. *Non est religio sancta, pura & immaculata, mellifluus iste Doctor, in qua homo corruens, cadit rariùs, surgit velociùs, incendit citiùs, purgatur citiùs, irroratur frequentiùs, quiescit securiùs, moritur confidentiùs, generatur copiosiùs?* En! tibi Anima religiosorum omnium bonorum immensam congregatam. Et ne abyssali huic beneficiorum Oceanum immergamur, illud vel solum, religiosissimum accuratiùs perpendamus, quod dicit: *Moritur confidentiùs; & alibi: quando moritur & moriendo cantat. Quod cantando mori & moriendo cantare, tanta salutis suæ spe fretum esse, ut, quasi omni sollicitudine, plenis velis attingere portum quàm velocissime concedat?* Et tamen nonnulli anfractus sentiant, ijdem tamen omnes adeò præcipitant, ac si tenuissimæ aquæ bullulæ infunderent. Nec locum habet receptum in pluribus: mortem videlicet omnium horribilium terribilissimum esse, quia bonorum

gius tam parum eam timet, ut potiùs in
pabilos resolutus gaudeat, medium illud
adefse, quo tandem ad summum bonum, quì
est Deus, & quem semper unicè suspirabat,
transferatur. Nec video, cur bonus Reli-
gius mortem timeat, si enim omnes suos
labores, omnia vitæ momenta ad Dei lau-
dem impenderit, spes optima æternæ remu-
nerationis accrescit. Soletur ergò se ipsum
Religiosus & consideret, in mortis articulo
parum profuturum, in hac vita benè habuis-
se, plurimùm verò, magno pro Deo sustinuis-
se; si enim compassi fuerimus, etiam con-
glorificabimur, lætique transibimus ad cape-
senda tribulationum præmia.

AFFECTUS.

NE cœdeat te, Anima mea, pro Deo tuo
pati, ne lamenteris in tuis laboribus
ejus amore exantlatis; grandia quip-
pè sunt bona in præmium tuarum miseria-
rum concedenda. Plange nunc in Religio-
ne, effunde lubens immensa lachrimarum
fluente, ut Pater æternus habeat, quod cœle-
sti suo favore & Spiritûs Sancti consolatione
extergat. Ingemisce nunc & dole, ut in
morte cantare possis. O quoties, Anima
mea, de tuo statu immeritò es conquesta,
dum in Religione constituta, tanquam in sta-
tu infelici detentam te lamentabaris.

O 4

O quàm

O quàm mihi displicet, Deus meus, non cognovisse tantos favores, quos religiosis confers! Nunc agnosco & confiteor ingratitude meam. Ne respicias perditos hactenus professionis meae dies. Creator mi dulcissime, humillimo, quod sum, cordis affectu me coram divina maiestate tua prosterno, statu tam feliciter frui futura, tantoq; fervore religiosi officij instituta, ut & ego lata plenitudine mori possim.

Fructus & proposita.

Utrumque, propositum videlicet & fructus, patet, quod ex hac consideratione desumendum. Magna nimirum contentia feruensque desiderium, Deo posthac cerè ac perfectè famulandi, qui famulanti tantis consolationibus prævenit, tantam bonam in religione communicat, adeo dem, ut nec illud ipsum, quod Philosophorum nonnemo *terribilium omnium* terræ *maximum* iudicavit, mors videlicet, minime timeatur.

Terribilis videtur, quia hominem separat à voluptatibus, à mundanis divitijs, à amicis, & animam à corpore, quæ omnia bonum Religiosum recidere nequeunt. Non pote, qui ipso religionis ingressu ab

in omnibus se abstraxit, reliquit divitias, contempnit voluptates, valedixit amicis, omnia conculcavit, nec ipsam animæ à corpore avulsionem formidans; dum per eam ipsam avolat ad eum, quem unicè semper suspiravit, nempe Deum suum. Et hæc causa, cur bonus Religiosus in morte cantet, & nunc adhuc in vita cum S. Paulo frequentius inclamet: *Quis me liberabit de corpore mortis?*

Ad

Rom. 7.

Quinimò non solum non timet mortem, sed ejusdem quasi dulcedine captus eandem cum B. Catharina Genuensi lætus invitat, mirum in modum adhuc in vivis abblatando verbisque amicabilibus & gestu composito desuaviando. O chara! O pulchra! O speciosa mors! O dilecta mea, O amica mea, veni, veni citò, accelera gradum, transige salutifero tuo & affabili telo cor meum, quo tam grande beneficium mihi es præstitura, quale nullus mortalium exhibere poterit; facies enim, ut spiritus meus & anima mea velocius tendant ad fruendum Deo suo & æternum cum eo jubilandum.



DIES TERTIUS

*De Perfectione, ad quam
netur Religiosus.*

MEDITATIO TERTIA

PUNCTUM PRIMUM.

Considera, Anima religiosa, esse Religiosum non consistere in habitu exteriori, sed in interiore virtute. Multi deferunt habitum religiosum, reprobam tamen minimè Religiosi; & multi habitum sæculari incedunt talesque foris apparent, interius plurimis Religiosis meliores, quos enim illi negligunt, hi etiam in habitu sæculari studiosè inquirunt, magnis passionibus viam illam aspirantes, quâ ad Paradisum perducuntur. Si sanctos Dionysium Areopagitam, & Doctorem Angelicum S. Thomam Aquinatem consuluerimus, opponent nobis statum religiosum esse statum perfectionis, & religiosos esse homines, qui tendere debent ad perfectionem. *Status Religiosorum statum est perfectionis & hominum ad perfectionem tendentium.* Unde liquet, Religiosum illum qui non tendit ad perfectionem, in rigore non posse vocari Religiosum.

Considera, ex magno desiderio,

De Eccl. Hierarch. 22. qu. 24. a. 5.

Deus erga Religiosorum profectum fertur, adeò cuncta disposuisse, ut, quemadmodum populo Hebræo, ex Ægypto in terram promissam abituro, de omnibus necessarijs abundè erat provisum; Vestes non consumebantur, manna & alij cibi de cælo pluebant, non deerat Dux qui dirigeret, Princeps qui gubernaret, Capitaneus qui ab inimicis defenderet, Sacerdotes qui in Lege & cultu divino instruerent, &c. nihil omninò deerat quod iter arreptum moraretur. Idem & de Religiosis cogita; nihil non facit optimus Deus, ut ab infelici hujus Mundi Ægypto facilius deveniant ad terram felicem, quæ, intuitu dulcedinis & deliciarum à statu religioso promanantium, dici potest scaturire lac & mel, intellige perfectionis.

Considera, quàm sit res propè impossibilis, ut Religiosi non conscendant culmen perfectionis. Vocati sunt à Spiritu Sancto ad statum istum, incitantur ab instinctibus internis, divinis subsidijs suffulciuntur, & ab exercitijs Angelicis proteguntur, quomodo ergò in via deficient, inimicos non superabunt & præfixum perfectionis finem non attingent? Crede, Anima religiosa, alteque cordituo imprime, nulli prorsus Religioso vel minimum excusationis suppetere, quàm se à perfectionis obtentu exsolvat.

AFFE-

AFFECTUS.

Quid moliris, Anima religiosa? Ne, Ah desine! Nunquam teris excusare tuam imperfectionem, nunquam palliare, quod perfectione non consecuta. Fatere potius culpam tuam humillimè deprecare. Clama cum S. Davide: *Tibi soli peccavi, & malum coram me*

Pf. 50. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: Ne proicias me a facie tua, & Spiritum Sanctum tuum, spiritum veritatis & constantiæ, ne auferas à me. Ne punieris negligentiarum mearum, quibus tempora mera media contempsi, spreui, concubui. O quàm magnus, quàm oculis tuis (intemende) intolerabilis fuit tepor meorum damnata, execranda voluptates terrenas quibus projecto dulcissimo Manna veritatis meum pavi, & miser ac insanus delectatus. Procul nunc este omnes creatura, nunc posthac obicem mihi positura in quaerendo & sectando Creatore meo; abite curas seculares minimè amplius cursum perfectionis stitura. Non ibo, sed volabo posthac ad perfectionem, tantoque in recuperandis temporibus ardentior futurus, quanto major tepor meus. Sed ecce! O Numen bonum, misericors & benignum! Quid omnino affectus, quid suspiria mea sine te? Tu, Tu

me inflammas, qui, quidquid est bonum, inspiras, Tu succurrere, tu fervorem fovere, tu lapsum erigere, tu fessum refocillare, tu mortuum consolari debes, miserere ergò & optulare, adauge tua subsidia, cumula tuos favores, accrescant tuæ gratiæ, & volabo, volabo & requiescam in te.

Fructus & proposita.

Cum Anima religiosa consideraverit, se ut talem obligatam esse ad perfectionem; omnes modos & media investigabit eo deveniendi. Non est, cur Religiosus opponat, se non posse ad perfectionem colimare, ex eo, quòd tenuis sit doctrina, quòd corpore debilis, quòd pessimæ constitutionis, quòd in functionibus Monasterij, jubente obedientia, semper occupatus, quòd perpetua spiritûs ariditate oppressus; quæ omnia efficere, cur fessus & lassus totusque debilitatus gradum sistat, medio contentus progressus, ulterioris ignarus & maximè anxius, nimium se præstare ratus, si fuerit mediocriter bonus, de perfectione minimè sollicitus. Verùm procul à bonorum Religiosorum animis tales, tam perniciosæ & falsæ cogitationes. Certò teneant, viam perfectionis optimè se incedere posse, crescere in sanctitate, potiusque ad perfectionem juvari & per-

& perduci iisdem ipsis rebus, quibus se
cant impediri. Quid ain? an quod igno-
rans, quod simplex & literarum inexper-
tis? Ah! scientiæ secundum se exiguum
adjumento ad perfectionem & sanctitatem
sed actus virtuosi, propria sui ipsius cogitatione
humilitas, patientia, & aliæ virtutes plu-
mum conducunt. Non inferuntur sanctorum
Catalogo, quorum doctrinam Martinus
adorabat, sed quorum virtutes coelum com-
mendabat. Scientiæ subinde, imò frequen-
ter magis, sunt incentivæ ambitionis, quæ
sanctitatis; *scientia quippè inflat*. Quæ
impedit, ut absque scientia & sine illa
exerceas te in humilitate & alijs virtutibus.
An sine his Deo servire, esse obedientem
Deum tuum ex toto corde diligere nequeas
quantumcunque fueris rudis, quantumcunque
que ignorans & idiota, optimè tamen potest
cooperari divinæ gratiæ, & sanctus ac perfectus
ctus effici. Audi ad propositum hoc appropin-
què accinentem S. Cassianum, cujus verba
nè dignissima adduco: *Constat, neminem
prorsus ob imperitiam literarum à perfectione
cordis excludi, nec rusticitatem obesse ad san-
sendam anime puritatem, quæ compendiosè
adjacet cunctis, si modò sanam, integram cogita-
tionem mentis jugi ad Deum versiculi hujus
ditatione servaverint.*

Quid demum, Anima Religiosa

Col. 10.
c. ult.

quod malè constituta, quod debilis corpore,
 quod capitis & stomachi doloribus excru-
 ciata? & ideò in via perfectionis impedita?
 te ipsam decipis; cum animæ bonæ & spiri-
 tuales his ipsis non tantum non impedian-
 tur, sed juventur, roborentur & perducantur
 ad bonum. Infirmetas incremento virtu-
 tum non obstat, sed potius juvat: *cum infir- 2. Cor.*
mor tunc potens sum, & virtus in infirmitate 12.
perficitur, ait testis expertus S. Paulus.

Dices: Quamdiu infirmitatibus tor-
 queor, corpusculum meum nec cilicijs, nec
 jejnijs, nec flagellis exercere possum; sed
 nunquid non potes esse patiens? non potes
 sustinere necessitates in infirmitate occurren-
 tes? non resignata in divinam volunta-
 tem offerre Deo desideria, omnes dictas
 mortificationes subeundi? Potes omninò,
 & ita poteris, ut magis exinde ad perfectio-
 nem exciteris. Et posito ut nihil posses, po-
 teris tamen amare Deum, quod unicum & so-
 lum requiritur, & satis est ad perfectionem.
 S. Servulus, tantopere à S. Gregorio lauda-
 tus, non obstante paralisi & paupertate, qui-
 bus opprimebatur, per suam patientiam ad
 tantam perfectionem & sanctitatem perve-
 nit, ut, qui in vita intuentibus pepererat hor-
 rorem, post mortem angelicis stipatus Cho-
 ris, delatus fuerit ad Paradisum, atque id-
 ipsum corpus, quod in vita nauseam incusse-
 rat,

rat, post mortem suavi suo odore omnes
 xerit. Ausin jam tu, mi Religiose, infirmus
 propter infirmitatem tuam non posse ad
 re ad perfectionem? adhibe obsecro eam
 sollicitudinem excolendæ animæ, quan-
 nando corpori; & meliùs habebis victi-
 que profectum tuum.

PUNCTUM SECUNDUM.

Considera statum tuum, Anima Re-
 giosa, & ad oculum tibi parebit, quod
 ad perfectionem & sanctitatem
 obligata. Præcipuum Animæ Religiosæ
 insudare emendandis vitijs, dies noctesque
 insumere, ut crescat in virtutibus, semper
 magis ac magis in spiritu proficiat. Con-
 sidera Religiosum illum, qui de spiritu pro-
 ctu non est sollicitus, specimen præbet
 cantis cum Deo, dum externa specie, habet
 videlicet, famulum ejus se simular, operatur
 eundem negat. Accedit, quod talis Re-
 giosus statum suum, Religionem & ipsam
 met perfectionem offendat, obligatus
 dem, ut easdem amet & inquirat, ipse
 fugit omniaque media ad earundem ob-
 tum conducentia spernit. Et quemad-
 dum pastor ille officio suo nequam satis-
 ceret, qui, exigua cura de grege habita-
 dem nec de pascuis necessarijs provide-

nec à lupis defenderet. Iners insuper is fortissimè, qui, neglecto certaminis puncto, nullaque præviâ ad pugnam factâ dispositione, certandi tempore sine armis extra ordinem otiosus consisteret. Ita omnes illi, qui dimittunt ad quæ sunt obstricti, pœnas sibi merent fabricant, dignosque, qui plectantur, efficiunt.

CONFIDERA, totum hoc in Religiosum recidere, qui vi sui statûs ad perfectionem obligatus nihil minùs curat; magisque cogitat omne id agere, quod statui suo repugnat. Cur, obsecro, Religiosus Mundum, divitias, voluptates, propriam voluntatem, se ipsam denique relinquit, nisi ut culmen perfectionis conscenderet? si ergo omninò è contrario nunc agit, in Deum utique, Religionem, ipsamque perfectionem delinquit dignumque se reddit, qui gravioribus subdatur supplicijs. Non sufficit, habitum religiosum duntaxat deferre, sed necessarium omninò est, ut eidem & opera concordent. Quidquid feceris mi Religiose, non mereberis Religionis nomen, nisi ad majorem perfectionem direxeris. O pauperes & infelices vos Religiosos! qui habitu externo contenti, de virtute & sanctitate nihil estis solliciti.

* * *

P

AFFE-

AFFECTUS.

O Pauperem me! O me infelicem! Religiosus hactenus fui, sed eheu! in moribus sed externo duntaxat habitibus operibus econtra mundanus minime religiosus. Quid, O anima mea! tibi proderit, tot annis Christi insignia, quæ sine habitu religiosus, detulisse, Christo tantum non famulatam esse sed Mundo? Mercede sane, quæ à Christo repellaris, servorum eius numero excludaris. Ah Deus meam quam nunc doleo, tam in tuo servitio negligentem & remissum! O quam delictis tibi posthac deservire! Illumina cor meum quia in omnibus & per omnia servus tuus ero: *servus tuus sum ego, da mihi intellectum.*

Psal.
118. Ah! illumina, illumina intellectum meum ut perfectionis vestigia, ad quam unice aspiro, & totâ vitâ aspirabo, probe dignoscere. Accende voluntatem meam, ut te solum mecum bonum amem,ingere pectori meo ardentes erga perfectionem flammæ, ad quam obtinendam omni utar diligentia omnium vires impendam.

O Bone Jesu dirige gressus meos in servitium tuum, ut non moveantur vestigia mea, & pervenire securus ad montem perfectionis.

Et in.

Fructus & proposita.

Religiosus oportet, Anima religiosa, eo ipso enim, quod deferas habitum religiosum, obligata es ad perfectionem. S. Dionysius de statu religioso dicens ait: *Alter status Religiosorum, quorum obligatio est perfici, à rebus spiritualibus avelli & ad divinam unionem aspirare* quo aperte innuit, Religiosum illum, qui se à Mundo non abstrahit, nec perfectioni & sanctitati, quæ in perfecta cum Deo unionem consistit, invigilat, nunquam fore bonum Religiosum. Enim verò discutiamus nonnihil verba ista: *Quorum obligatio est perfici: & inquiramus, quanta sit hæc obligatio, & an Religiosus perfectioni non invigilans sit in statu peccati mortalis.*

Talem omninò esse obligationem istam tendendi ad perfectionem, asserit Doctor Angelicus S. Thomas, cui vita religiosa nihil aliud est, quam omnem intentionem ad consequendam perfectionem dirigere, desiderate voluntate, perfectæ charitati studere, accurata regularum observantia alijsque sanctis operibus quasi totidem passibus ad eundem obtentum incedere. Et si religiosus deponeret omninò cogitationem tendendi ad perfectionem, solaque contentus esset votorum & legum illarum, quæ ad mortale

obligant, observantiâ, nec vellet ad maiorem perfectionem continuumque virtutum augmentum colimare, talis juxta nonnullorum Doctorum sententiam esset in statu damnationis, & peccaret mortaliter, verum secundum quosdam, imò juxta communem, si mortaliter non peccat, ita tamen delinquit, ut absolutè perversus Religiosus non possit, utpote qui suo statui non vult latere, perfectæque charitatis obtentui incumbere, ut adeò benè dicat S. Hieronymus *Perfectum esse nolle, delinquere est.* Pergitur cogitationes suas inflectat Religiosus proponatque in virtutibus progredi, totumque obtinendæ perfectioni statui suo committenti se dedere.

PUNCTUM TERTIUM.

Benè consideret Religiosus obligationes suas, quibus ad perfectionem adhibetur, curetque omnimodis hanc perfectionem obtinere. Consideret, ad finem hunc qui est perfectio, deveniendum, oppositum remedium non esse, quàm unicuique omnium suarum actionum scopum statui perfectionem. In omnibus suis actionibus non tantùm debet curare, ut eas exequatur, sed ut sibi deserviant ad expurgandam conscientiam majoremque in virtutibus profectum. *Quia*

Quando legit, studet, confitetur, prædicat, seu aliud quodcunque temporale opus perficit, tota intentio & cogitatio eò erit dirigenda, non tantum ut doceat, prædicet &c. sed ut iisdem operibus Deo placeat, in virtutibus crescat, spiritum acuat, & uno verbo, ut proficiat. Sunt & alia media ad perfectionem conducentia, quale esset: fame & siti in perfectionem æstuarè; famelicus enim & sitibundus nihil non faciunt, quo cibum aut potum inveniant; ita & anima religiosa siti hac æstuans omnem conatum ad eandem comparandam adhibebit. Præcipuum, quod in hoc puncto observet anima religiosa, est, ut, quantumvis benè agat, semper sibi persuadeat, minùs se egisse; hoc enim factò semper ad majora exstimulabitur. Nihil denique omittet, quod ad spirituale hoc incrementum idoneum judicaverit. Non dies prætereat, quin virtutem quampiam fuerit adeptus; non hora, qua quidquam fecerit, quod non fuerit divinæ voluntati conformius, & hæc omnium actionum norma erit; ut taceam de pluribus alijs medijs, quæ brevitate causa prætereo. Subsistere hic poterit anima religiosa & considerare, quantum Deus in hiet animæ perfectioni, quantis medijs succurrat, quot modis dextram porrigat & sustentet, ut secunda ad statum perfectum progrediatur.

AFFECTUS.

AH! mi Jesu, O Deus amantissimus deo, agnosco & confiteor amorem tuum ac desiderium, quo erga perfectum meum incalescis. Ah! placeat misericordissimè Domine mi, ut idem ipsam tam ardens desiderium ad perfectionem accendatur in corde meo, hoc enim factum brevi perfectissimus efficerer. *O mi Jesu da mihi fervorem Spiritus tui.* Da, da mihi Jesu! fervorem tuum, fac, ut ardeam in illo, quem tu in terris accensurus venisti. securus ero de sincero erga te amore, securus, quòd nihil ultra sim amaturus præter te, securus, quòd velociter ad illam perfectionem metam sim deventurus, quam cor tuum desiderat. Esto nunc & in æternum benedictus propter opportuna tua auxilia, quæ in omnibus mihi submittis, spero conscensurum montis istius apicem, cum forti tuo brachio incubuero, ubi tibi soli innixus, te Deum meum semper cogitem, semper & in æternum perfruar.

Fructus & proposita.

Cum Religiosus obligationem suam quâ ad perfectionem tenetur, perfruxerit, mediaque, quæ Deus sub-

fravit, consideraverit, protinus in Dei laudes & gratiarum actionem resolvetur, firmiterque statuet, Deo posthac ex toto corde serviendi, omnia media ab ipso præstita studiosissimè adhibendi. Ut autem ad perfectionem accendatur & inflammetur, considerare debet dignitatem illorum, qui ei invigilant, quorum idem est finis, quem ipsemet Redemptor sibi præfixit, qui non erat alius, nec ob aliud in hunc Mundum venit, passus & mortuus est, quàm ut nos à peccati jugo liberaret & in omni virtute perfectos efficeret. Hunc ipsum finem & anima religiosa semper præ oculis & in corde habeat, cum juxta dilectum Domini Joannem *simus cooperatores veritatis*, id est, *Christi*, qui est summa & prima veritas; congruum omninò est, ut illud ipsum semper intendamus, quod ipse semper & per omnia quæsit, nempe perfectionem, quæ nihil est aliud, quàm continua in extirpandis vitijs & implantandis virtutibus exercitatio. Procuret igitur Religiosus omnem teporem & negligentiam in servitio divino evitare, studeatque accelerare gradum, quo citiùs ad perfectionem deveniat, probè gnarus, opera perfectionis esse orationem, meditationem, lectionem librorum spiritualium, Missæ sacrificium, jejunium, & multa alia.

DIES QUARTUS

In quo specialiter consistat perfectio religiosa.

MEDITATIO QUARTA

PUNCTUM PRIMUM.

Considera, Anima religiosa, perfectio-
nem, quæ in persona religiosa requiritur, non in alio consistere quam in
perfecto Dei amore, in quo tota Christi
& animæ perfectio est fundata. Et tamen
Christus dixerit, totam legem consistere in
amore Dei & proximi, dici nihilominus po-
test, eam consistere in solo Dei amore, quia
amorem proximi non excludit, imò includit,
cùm impossibile sit, ut anima Deum perfectè
amet, quin non simul & in proximum ferat.

Considera, amorem istum, ad perfectio-
nem requisitum, non semper debere esse in
actu secundo, cùm hic solummodo in bono
reperiatur, qui semper actu amat, sed in
actu primo, ut dicaris amare Deum, ut legem
omnes creaturas ametur, nullaque creatura
magis seu æque ac ipse Deus ametur; ob hoc
tamen, ad hoc ut perfectè ametur, non
amor tamquam medium ad perfectionem
deducat, cor tuum ab omnium creaturarum

aque adeò etiam à tui ipsius amore esse ex-
 cutiendum ; & si creaturam quampiam
 ames, eam propter Deum esse amandam,
 amorem tuum non in creatura terminando,
 sed in Deo, eundem solum & unicum cordis
 tui objectum constituendo, atque idcirco om-
 nes tuas potentias, cogitationes & opera
 ad id impendendo. Quod fiet, cum ab om-
 nibus quibuscunque creaturis te abstraxe-
 ris, adeò tota in Deum rapta, ut infinities
 mori eligas, quàm vel minimo verbulo Deum
 tuum propter creaturam offendere.

AFFECTUS.

Nunc, O Deus meus ! imperfectam me
 agnosco, dum perspicio tam exiguum
 amorem erga te in me scintillare.
 Enimverò, equomodo, Anima mea pote-
 ris sine amore ad perfectionem pervenire ?
 Ah ! utinam O mi JESU, annueres, ut te dili-
 gerem ! O Bone JESU, *quando te amabo* quan-
 do dies illa erit, qua me tuo amore succensam
 & inflammata videam ? Ah miseram me !
 quid dico ? Nimiùm, eheu ! nimiùm amore
 flagro, sed amore, qui me retrahit, non per-
 ducor ad perfectionem, cum sit amor mei
 ipsius, Mundi & creaturarum. Ah ! oculi
 mei effundite fluentia aquarum pœnitentiæ,
 ut prophanus iste ignis extinguatur, de-
 struens

struens omne bonum; emittite lachry-
rum imbres, ut in corde meo possint accendi
coelestes divini amoris flamma, nec aliter
tra amem, nisi Deum meum. Te, O mihi
te amabo semper, semperque cum doctissimo
Idiota tibi supplex fiam. *Adjuvare me
digneris per tuum dulcissimum amorem,
accendere cor meum ad amorem tibi placens
ut amem & diligam, qua amare & diligere
beo, ut viam amoris in te amando consequar
sempiternam. Amen.*

Fructus & proposita.

Religiosus aspirans ad perfectionem
perfacile colliget ex dictis, quantum
neatur amare Deum; quapropter
diosè curabit omnia illa amplecti, quae
perfectum amorem poterunt inducere.
mor Dei perfectus odit omne id, quod
non est, quia ad solum Deum aspirat, ut
uniri & cum ipso delitiani desiderat; hanc
anima possederit, si ab omni terreno
fuerit abstracta, si Deo tota immerla de-
ta, tum enim verò perfectionem se ante
credat. Unde obsecro unio illa & respice
dilecti Joannis in ultima coena? quomodo
cor ejus adeo cum Jesu conglutinavit
amor? Ah quàm toto corde estuans
Dei sentiebat cor suum à pectore semper

quo avolaret ad sese cum dulcissimo JESU
 amandum ! Inde est, quod supra pectus Do-
 mini recumbens expertus sit dulcedines,
 quas Deus diligentibus se largissimè commu-
 nicat. Imitare, O Religiose, Aquilam istam
 soli æterno per frequentes amoris actus in-
 dies proximior, imitare, inquam, &
 quanto frequentius poteris, elice actus amo-
 ris erga Deum, quo facilius perfectionis cul-
 men conscendas.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA, ad hoc, ut Religiosus sit per-
 fectus, non sufficere, si dixerit, se velle
 amare Deum, sed necesse insuper esse,
 ut actu ipso Deum amet. Ille enim, qui di-
 cit, se amare Deum, non hoc ipso amat.
 Multi sunt, qui putant se amare Deum & Re-
 ligiosos se credunt ex eo, quod magnam
 amandi voluntatem exhibeant, quia tamen
 ipso facto non ostendunt, nec amant, nec
 perfecti sunt Religiosi. Benè considera,
 opera demonstrare, qualis cujusvis sit amor,
 an divinus, an terrenus? si Religiosus sem-
 per de terrenis cogitat, semper est sollicitus,
 quomodo satisfaciat suis sensualitatibus &
 passionibus; cordatè dicas, eum non Dei,
 sed sui ipsius & Mundi amore teneri. Si ve-
 ro cœlestia cogitat, si ejus opera exteriora
 sunt

sunt virtuosa, perfectus omnino Religiosus erit. Certò teneas, Anima religiosa, si Religiosus cupiat esse perfectus Deum, debeat semper benè agere; Primum quidem in ordine ad Deum, observando divinam ejus legem & consilia Evangelicam in ordine ad Religionem, subijciendo se Superioribus, eos honorando, obediendo tamquam ipsimet Deo, observando Constitutiones Religionis constitutiones, adorando Deum tamquam media à Deo pro acquirenda perfectione concessa. Tertio in ordine ad ipsos Religiosos fraternè cum ipsis agendo in charitate supportando, serviendo, auxiliando in suis necessitatibus, tam spiritualibus quàm corporalibus. Quarto in ordine ad sæculares, dando eis bonum exemplum, speculum se constituendo, ut sese emendando suos mores; Magistrum se constituendo, à quo virtutes addiscant, precoribus, consilijs pro ratione sui muneris eos auxiliando. Hoc fac, & vives, mi Religiosus poterisque imperterritè dicere, te servando Deum & toto nisu tendere ad perfectionem.

AFFECTUS.

Quàm decepisti te, Anima mea, opera tua! Discute ea, pondera, inquam, & deprecare te.

amoris tui conditionem; videbis, quàm longè ab sis à vera perfectionis semita, cujus culmen per tuum amorem adeptum esse somniabas. O quàm longè est aliud, verbotenus amoris plenam te declarâsse, eumque habitu externo demonstrasse, quàm re ipsa talem fuisse. Parum tibi proderit in die Judicij voluntatem amandi allegâsse, si opera contrarium ostenderint. Revertere, O Anima mea! revertere ad Deum tuum, supplicem te coram eo prosterne & roga, ut gratiam conferre dignetur, quatenus non lingua solum & habitu exteriori, sed opere & veritate eum amare possis: *Da mihi Domine non diligere verbo, neque lingua, sed opere & veritate.*

Fructus & proposita.

Fructus erit firmum propositum semper benè & virtuosè vivendi, in quo autem hoc ipsum consistat, per brevi dictorum repetitione constabit; Et primò quidem, non sufficere opera externa, quantumvis apparenter bona, sed oportere, ut fiant ad placendum Deo ejusque divinam voluntatem exequendam. Unde, dum Religiosus studet, id non ideo faciendum, ut doctus fiat alijsque doctrinæ laude præcellat, sed ut & alios suâ scientia juvare possit & ad virtutes instruere.

instruere. Si Concionator, non querat applausus, sed conversio & salus animarum & sic de omnibus alijs actionibus, in quibus nihil aliud querendum quam beneplacitum Dei. Qui in suis functionibus querit honorem proprium, vanitati inhiat, non Deo nec ei placet.

Secundò, in omnibus actionibus nobis eo colimandum, ut Dei voluntas impleatur quo facto, bonos nos Religiosos demonstrabimus; quæramus ipso facto amare Deum securè ad perfectionem deveniemus.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera Religiosum, ut perfectum erga Deum amorem demonstrat, viamque perfectionis incedat, magnanimas semper fovere debere cogitationes, semper cor eximium desideriumque spiritu proficiendi, ne amplexetur mores hominum, qui in vita spirituali tam sunt debiles & pussillanimes, ut, oculis solum in suam debilitatem reflexis, nihilque de divina gratia assistentia cogitantes ad nullum hereticum actum in via spirituali anhelent, nec cogitationes suas ad sanctitatem & majorem perfectionem inflectant, sed communi vita contenti, videntur sibi boni Religiosi, si à multis peccatis abstineant, multis licet im-

fectionibus immerſi frequentique in venialia lapſu oppreſſi.

Confidera, fovere iſthæc deſideria, maximam utilitatem afferre, tametsi enim ad tantam perfectionem non deveniatur, nihilominus tamen ab his ipsis excitamur, ut saltem pedetentim culmen illud attingamus, quod optimus Deus viribus nostris præfixit, cum e contra illi, qui deſiderijs ſuis ſemper in terra repunt, non tantum non proficiunt, ſed hoc ipſo ſemper magis magisque deficient. Gersonem audiamus: Vox multorum eſt: Sufficit mihi vita communis, ſi cum inimicis ſalvari poterò, ſatis eſt. *Nolo merita Apoſtolorum, nolo volare per ſumma, incedere per planiora contentus ſum; contentantur vitæ ordinariâ nullo unquam facto profectu.*

Confidera, perfectionem ſupra ſublimem montem collocatam eſſe, ad cujus apicem ut deveniamus, magnanima deſideria requiruntur, quibus impellamur, ut culmen hoc per continuos virtutum gradus conſcendamus. Qui per planum vitæ communis incedit, nunquam hunc perfectionis montem attinget.

Confidera, Dei filium præcepiff. Discipulis ſuis (in quibus etiam omnibus Religioſis,) ut ſint perfecti ſicut Patet æternus: *Eſſe perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt, non quod ignoraret id ipſum impoſſibile*

sibile esse, ut videlicet Apostoli, aut quispiam, ad perfectionem Dei perveniret, sed ut hoc praecepto ostenderet, quomodo Religiosi ad perfectionem anhelare debent, ut, si possibile foret, ipsiusmet Dei perfectionem æmulari cuperent.

AFFECTUS.

Digito nimium palpabili mihi oblectamento absim. O mi Deus! quam longè à perfectione mihi est conscendendum, & eheu! neminem montis attigi. Ad sublimia meorum bonorum omnium clementissime largitor Deus, Heroem me cupis, ad ausus generosius allicis, sed, O imbellem! O repugnans semper abjectis delector, fugam inani anfractus declinare satagens. Te ipsius exemplar proposuisti fortissimus Heroem, quævis adversa generosè penetrans; & Ah! pudet dicere! ego degener Sobolus, sensualitatum cœno obscuratus, aliud cogito, quàm tribulari, execrari, ignare, adeò quidem, ut si omnes meas artes considerem, clarè perspiciam, me non esse, nec fore unquam perfectam.

At! numquid animo ob id decidam à certamine desistam? Absit O mi Deus! potius ad tua sanctissima brachia tuo-

vim amplexus properabo, in ea me conij-
ciam, vires resumam, spe fretâ, tandem me
tibi plenissime conjunctum iri. *In te Domi- Ps. 30.*
ne sperabo non confundar. Nec id immeritò,

tametsi enim animitus doleam de tepore
meo, firmiterque statuam, omnibus viribus
ad perfectionem contendere, novi tamen
tuomet edoctus oraculo, quod per te & in te
omnia, sine te autem *nihil possimus facere.* *Joan.:*

In te igitur figo omnes cogitationes, omnem 15.
spem & fiduciam meam, & confido in tua
immensa bonitate, quòd tandem te admini-
culante perfectionis apicem sim adeptura.

Fructus & proposita.

Ad consequendam perfectionem magna
desideria requiruntur, anima religiosa,
conaberis & tu sublimem tibi metam
præfigere, ut si summitatem perfectionis pri-
mo aggressu occupare nequeas, viam tamen
alternas, quâ indies aliquid & successivè to-
tam tibi compares; via autem erit conti-
nua, & fervens divinæ assistentiæ petitio.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te, ascensio- Ps. 83.
nes in corde suo disposuit, inquit Psalter regius.

Quæ verba considerans S. Hieronymus, *San-*
ctus, inquit, ponit ascensiones in corde suo, pec-
cator descensiones. Vult dicere: sanctos &

Q sideria

faciliusque ad summum perfectionis culmen
deventuri.

DIES QUINTUS.

*Quomodo Religiosi in conti-
nuis mortificationibus vivere
debeant.*

MEDITATIO PRIMA: PUNCTUM PRIMUM.

CONsidera, anima religiosa, vitam per-
fectam consistere in bonis operibus,
in adversis Dei amore toleratis & per-
petuo virtutum incremento. *Benè operari
& mala pati, vita Apostolorum est,* inquit S.
Bernardus. Quod si talis est vita Apostolo-
rum, talis etiam esse debet Religiosorum,
qui eorundem vestigia sequuntur.

Considera auream exhortationem Re-
demptoris nostri Discipulis suis, quin imò
omnibus fidelibus, & maximè Religiosis tra-
ditam: *Qui non tollit crucem suam & sequitur* Matth.
me, non est me dignus; unde habes, totam vi-
tam Christiani, & multò magis Religiosi, non
esse aliud, quàm perpetuam crucem; Te-
stem hujus tibi sisto S. Augustinum, qui aper-
tè protestatur: *Totam vitam Christiani ho-*
minis,

Q 2

Matth.
10.

*minis, si secundum Evangelium vivat, crucem esse atque martyrium, ubi probè observanda illa: si secundum Evangelium vivat, præcipuè ad Religiosos reducuntur, quæ professio & regula dictaminibus Evangelii innititur. Unde & obiter considerandum, continuam eorundem operam esse: laborare & carnis mortificatione se exercere. Quòd si dubium fortè exsurgat, non nihil hæreas, quid propriè sit tollere crucem; Interpretem habes eundem Sacerdotem Augustinum. *Quid est, inquit, tollere crucem suam, hoc est, toleret in Mundo Christo, quidquid intulerit Mundus. Non ergo vult, ut quemadmodum ipse Christus Dominus, crucem humeris imponamus, sed adversa quælibet patienter sustineamus. Quæ parabolâ Religioso ulterius innouanda summa necessitas, qua ipsi incumbit, ut omnibus & per omnia mortificatus. Quos mortificare debet modestiâ, linguam in silentio, nihil nisi de Deo loquendo, os & gestum jejunijs, carnem cilicijs & disciplina voluntatem humili sui ipsius subjectione, quæ omnia magis elucet ex prælibati Sacerdotis Augustini verbis omnibus suis sequentibus in Regula inculcatis: *Carnem vestram domate jejunijs & abstinentiâ escæ & potus quantum valetudo permittit.***

* * *

AFFECTUS.

Unde, mi Deus, digitus Omnipotentis dexteræ tuæ in ingratiſſimum ſamulum tuum? Commonſtras mihi nunc, quàm fuerim miſer & miſerabilis Religioſus, imò indignus hoc nomine, qui non ſolùm non tuli crucem mortificationum à te immiſſarum, ſed ſemper pertinaciſſimè fugi, ſolùm intentus, ut & quomodo per omnia carni ſatisficeret.

O! quàm confundor, quòd habitui religioſo, qui perſonam mortificatam designat, non reſpondeant opera! O Domine mi! quàm inſipiens eram, dum plùs cupiditatibus quàm mortificationibus inhiabam! O me excæcatum! qui falſà voluptatum apparentiâ deceptus non obſervavi ingentia mortificationis bona, quæ animæ meæ exinde proveniſſent. Cæcus, ah! cæcus eram, qui voluptatum initia, non verò earundem finem conſiderabam. Amænæ videbantur primo intuitu, Aſt eheu! in fine convertantur in deteſtandas abominationes, & quæ dulce initium modulabantur, mœſtiſſimum vale crudeliter reboabant. Horrebam rauca mortificationum primordia, ignarus, ah! ignarus quàm ſua vi ſono fine corda omnium lætificent. Nesciebam, ſeu potiùs ipſemet volens ignorabam, fel in mel, amaritudi-

Q 3

ritudi-

ritudines in summas dulcedines converteri. Nunc verò, cum intellectum meum illuminaveris, nolo amplius immundum mundum, detestor illecebras, vivam sub amplectar tribulationes, patiar & refrenabo carnem cum suis sensualitatibus, quoniam nunc religiosus ero, cujus vita est, bene & multa pati. Ne obsecro, dulcissime, permittas, ut execrandâ deliciarum oculi mei obducantur, quin potius concupiscant ut lumen hoc sit in anima mea indefectum semperque agnoscam, quàm grato animæ genis vocationis beneficium recolare & prompte subire debeam vocationis exercitia,

Fructus & proposita.

NE concepti affectus in ventos abeat & flamma sopiatur, priusquam debitum sinceri amoris incensum emergat, materiam subministra, qua teantur & hæc enutriatur. Dicitur hoc intellexerunt SS. illi, de quibus Thomas Aquinas pensis absolutum perfecti Religiosi proponi percontatur, cur adeò fuerint contemplativi, & unde tanta eorundem percontatio? quia omninò se ipsos mortificare abstergerent a terrenis desiderijs studuerunt. Hoc & tu fac mi Religiose, & singulis quibus

*Lib. 1.
de imit.
Christi
c. 11.*

mentis in ardeſce efficaciffimis propoſitis pro
 Deo patiendi, certo tenens, tum opera tua
 futura bona & perfecta, cùm mortificationi
 fuerint confociata. Non agit religioſè, qui
 non eſt mortificatus. Religioſo, cùm ſa-
 crum ordinem ingreditur, duæ lectiones ad-
 diſcendæ proponuntur: *benè agerè, & mul-
 ta ſuſtinere.* Veritas hæc infallibilis tam eſt
 cognitu neceſſaria, ut ſine illa perfectus ne-
 mo ſit futurus. Crede mi Religioſe, genera-
 le illud Huſſæi Principis effatum, quo vitam
 hominis militiæ comparat: *Militia eſt vita Job. 7.
 hominis ſuper terram,* in nullos magis quàm *v. 1.*
 in Religioſos quadrare, vix enim ſacra Reli-
 gionis limina tetigeris, cùm inter carnem &
 ſpiritum continua, & inſopibilis exurget pu-
 gna. Spiritus carni, caro ſpiritui ſemper
 contrariantur, qui carnis ſenſualitates ſequi-
 tur, ſpiritum conſervare nequit, ut ergò con-
 ſervetur ſpiritus, caro debelletur neceſſe eſt,
 id autem nunquam fiet, niſi per mortificatio-
 nes, quæ erunt jejunia, cilicia, diſciplinæ &c.
 Nec ſubiſtet, quod non nemo ſui ipſius ama-
 tor opponere ſatageret, repugnare videlicet
 Apoſtolico oraculo, ut quis carnem ſuam
 oderit, quin potiùs eandem fovendam & nu-
 triendam eſſe. *Nemo enim unquam carnem Ad E-
 ſuam odio habuit, ſed fovet & nutrit.* Uti Do- phes. 5.
 ctor gentium ſcitè obſervat, cui objectioni
 occurrit Doctor Angelicus in 5. cap. ad Ephes.

ubi ait, eum, qui carnem suam Spiritui sub-
 cit, non odisse, sed potius ut amicum
 colere ac fovere: *Qui sic affligit carnem
 suam, ut subdatur spiritui, non odit eam, sed
 procurat bonum suum, quia bonum est, quod
 quod subyiciatur spiritui, sicut bonum bonum
 est, quod subyiciatur Deo.* Quod ut
 capias, memento, certum esse, carnem
 turam in die Judicij merita vel demerita
 ma, si hæc ingressa fuerit Paradisum, corpore
 quoque gloriosum erit; si infernum, sequetur
 & corpus æternum cum animâ cruciatum
 dum; impossibile autem est, ut anima
 infernum effugiat, vel cælum obtineat, nisi
 per mortificationes & tribulationes patiens
 ter pro Deo perpeffas, si ergò carnem tuam
 hoc Mundo mortificaveris, non malum
 summum utique bonum eidem comparabitur
 quod utique erit felicitas æterna. Inde etiam
 quod S. Paulus, tametsi diceret, neminem
 odisse carnem, nihilominus tamen non
 stiterit corpus suum castigare. *Castigo
 corpus meum, & in servitutem redigo, ac si
 ret: credunt quidem delicatuli terrefacti
 summo eum odio prosequi carnem suam, sed
 fræno mortificationis assidue cohibet, sed
 miùm quantum decipiuntur, cum nullum
 mniùm, quantum quantum castigaverit
 bellem hanc carnem, possit vel minimè
 insimulari, quin potius summæ dilige-*

1. Cor.
9.

pls, qu
moret.
Eni
to? Pa
tur aur
mentum
rum Re
Ecclesia
quæ ma
tantoqu
nus in i
nes æthe
tractu v
ma sit l
maius b
curum
ris, obvi
bus carc
indies p
P
COR
n
a
facti car
mortuos
mortuus
primò ex
trigend

pis, qua eam à perituris ad perennia promovet.

Enimverò quid ad cœlestia me remitto? Plus dicam; dum caro terrestri pascitur aurâ, bono suo non destituitur. Argumentum esto summus honor, quem Sanctorum Reliquijs deferri cernimus, ubi ex more Ecclesiæ eæ semper majori cultu afficiuntur, quæ majoribus tormentis fuerint affectæ, tantoque fervore ac devotione humanus genius in illos fertur, qui per multas tribulationes æthereas ædes sibi compararunt, ut vel attractu venerari, vel pio osculo basiare summa sit lætitia. Ex quibus habes, quanto majus bonum tibi exoptas, tantò id te consecuturum, quum in omnibus te mortificaveris, obvias quasvis occasiones captando, quibus caro supprimatur & spiritus ad majorem indies profectum elevantur.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA, Religiosum tam debere esse mortificatum & à Mundo abstractum, ac si mortuus esset. Inde est, quod facti canones, dum de Religiosis fit mentio, mortuos eos indigitant: *Religiosus Mundo mortuus Deo vivit*, quod in multis videre est; primò enim tanquam mortui incapaces sunt erigendi testamentum, succedendi tanquam hæredes

Q5

hæredes

Coloss.

3.

hæredes ab intestato in bonis relietis dec.
taceam eos etiam à S. Paulo mortuos appo-
lari: *Mortui estis, & vita vestra abscondita
est cum Christo in Deo.*

Confidera, ex hac Religiosi à Mundi
stractione necessariò sequi, ut nullis am-
illecebris Mundi & carnis inhiat, mor-
sit amori proprio, non se ipsum, non
sensualitates amando, aut propria com-
quærendo, sitque quasi insensibilis ad fla-
la, cilicia, injurias & omnis generis m-
cationes. In hac spiritali morte S. Pau-
imitandus proponitur, qui verè
exemplar erat, plurimis licet aduersis
cussus, nunquam tamen victus, torquens

2. Cor.

11.

*fame & siti, frigore & nuditate, & tantis
omnibus major tam generosè omnia per-
lit, ac si nullum dolorem sensisset, & tam-
quemadmodum S. Joannes Chrysolostomus
observat, quia soli Deo vivebat, ex quo*

Hem. 1.

*ejus immobilitas & fortitudo, Paulus
de laud. mortuus immobilis permanebat.*

S. Pau-
li.

AFFECTUS.

Immobilis quasi mortuus perman-
lus? in tot tribulationibus? in tan-
loribus? & hoc quod soli vixit
Nunquid & tu vivis Deo, anima?
Deo, unde tanta in aduersis impar-

tanta in afflictionibus corporis sensualitas?
Ah! mi Deus, hoc ipsum evidens est argu-
mentum, amorem proprium summoperè
prædominari; Infensissimus hic hostis meus
vanè mihi blanditur, vitam meam à Mundo
abconditam, & in te, O mi JESU! colloca-
tam esse. Apage fallax tenebrio, persuade-
re hoc cupis, ut benè sit tibi; sed ecce! fu-
nes, quos hætenus tetendisti, *facti sunt mihi*
in præclaris; effringam illos, & his ipsis te
constringam. Amore tui, mi JESU, quid-
quid est contrarium, quidquid dolorosum,
subibo saltem lubens, si non gaudens. Fiat,
fiat tua sancta voluntas. Despectum, abje-
ctum, infirmum, alijs ingratum me video?
benè est, mi JESU; *Bonum mihi, quia humili-*
asti, quia afflixisti, quia despexisti me. Priùs
tam eram sensitivus, ut nec unicam acûs pun-
cturam, nec verbulum mordax, nec oculum
sinistrum, nec minimum contemptum tole-
rare potuerim, extremis semper impatientiæ
& iracundiæ motibus ad scandalum inflama-
tus. Quærebam opportunitates vindictæ,
mediorum, quibus adversa effugerem. At
nunc O mi Crucifixæ JESU, O Salvator, sputis,
alapis, omnibus ignominijs appetite! Ecce
confugio ad Petram, hujus maceriæ me in-
cludo, sub cruce dormiam, sub cruce vivam,
sub cruce moriar; *aut pati, O mi JESU, aut*
mori. Mihi hætenus vixi. Ah doleo, O
mi

mi Jesu! doleo, immutabo stylum & vinctum
 tibi. At, O Magister benignissime, quomodo
 omnes affectus, quid omnia suspiria, & omnia
 omnia proposita mea sine te? *sine te non possumus facere*; ergo tu ad sis affectibus, tu
 bora, tu ad optatum finem dirige, auge
 lores, auge adversitates, auge, quid
 Mundus, quidquid caro & sanguis, quid
 omnes erebi incolæ contra me moliri
 sunt; bonum, ratum & gratum mihi
 sed auge & patientiam, auge tuam gratiam
 & salvus ero. Vivam posthac quasi
 tuus, vivam tibi soli Deo meo, vivam reliquæ
 se, tu solus Dominus & Deus meus eris, tu
 consolatio & refrigerium meum.

Fructus & proposita

Vidisti, anima religiosa, quomodo
 sualitates tuæ debeant esse con
 ta; si verè religiosa esse cupis, non
 allaborare, ut tota sis Dei, nihilo tibi, tu
 te ipso, vel de Mundo reservato, inferno
 sis oportet, quia bonus Religiosus tantum
 mortuus nihil de hac vita æstimat.
 vota, quæ Religiosus emittit, mortuum
 stituunt. Paupertas omnibus trans
 eum privat, quem admodum cadaver
 mentis, facultatibus & divitijs spoli
 adeò, ut tamquam mortuo tantum

dantur vestimenta vilissima; ita & Religio-
 sus quasi mortuus quærere debet abjectissima
 quæque. Unde S. Basilius de bonis Reli-
 giosis differens aiebat: *De vestimentis, cal-* *De con-*
ceamentisque, non ea exquirenda nobis sunt, stit. mo-
qua elegantiora, sed que viliora. Vi castita- *nast. c.*
tis mori debet Religiosus carni, & ut talis vi- *31.*
 vere, quia ad mentem S. Cypriani castitas
 occidit carnem & dat vitam spiritui. *Casti-*
tas est vita spiritus, & carnis interitus. Virtu-
 te obedientiæ moritur Religiosus proprio
 iudicio, quod veluti sepulchro includit:
Obedientia est mors quadam voluntaria, in-
quit S. Climacus, & sepulchrum voluntatis.
 S. Franciscus Religiosum obedientem cada-
 ver comparat, unde interrogatus, quinam
 esset verè obediens? *corporis mortui similitudi-* *In vita*
nem pro exemplo proposuit, quocunque enim c. 6.
 cadaver proijciatur, nunquam contradicit,
 seu benè seu malè tractetur, nihil reclamat;
 ita etiam Religiosus obediens omnibus est
 mortuus, quomodocunque à suis Superiori-
 bus tractetur, contentus est, non dolet, non
 obgannit, non lamentatur. Concludo ego
 & dico præcipuum munus Religiosi esse:
 nihil sentire nisi pro Deo, non respira-
 re nisi in Deo, non vivere nisi
 per Deum.

PUN-

PUNCTUM TERTIUM.

Considerasti priori puncto, animosa, Religiosum, qui perfectio suo vult famulari, debere esse tuum, nunc considera qua morte beat. Mori debet cum suo Christo. Christus mortuus est in cruce, & Religiosus Christo sit crucifixus. S. Paulus, qui tanquam bonus Religiosus mortuus erat Mundo & vivebat Christo. *Gal. 2.* *xit: Christo confixus sum cruci.* Et S. Paulus Martyr in personâ Pauli devotissime *In Ep. ad* clamat: *Amor meus crucifixus est,* *Rom.* *placet voluptas vite hujus, Christo crucifixus sum.* Ubi considerare potes, Religiosum illum nunquam fore bonum, & Christo crucifixum, qui vitam hanc amaverit, & gissimè abest à passione Christi, qui voluptates quærit, semper de colligendarum rosarum, non verò crucifixi Redemptoris sui spinis sollicitus. Qui mollis indormire desiderat, Domini sui crucifixi crucifixus, singulis diebus crucem & omnibus omninò consolationibus moriatur. Secus nunquam finem adepturus. *Luc. 9.* *Qui non tollit crucem suam, non est me dignus, inculcat pro Magister.* Crucifixio autem hæc tri-

perficitur: clavo Paupertatis, quo omnes
 hujus Mundi reculas detestatur; clavo ca-
 stitatis, carnem mortificando & in servitu-
 tem redigendo; clavo obedientiae, quo pro-
 pria voluntas in omnibus relinquitur. In-
 de B. Petrus Blesensis Religiosum nominavit
confixum obedientiae clavis. Totum autem
 hoc ad optatum effectum deduces, quum in
 meditatione passionis Christi fueris assiduus,
 nam Christo con crucifixum esse, nihil est
 aliud, quàm per continuam passionis Christi
 contemplationem ei unitum esse, nec nomen
 Religiosi meretur, qui in hoc studio fuerit
 negligens. Quicumque ad perfectionem
 anhelat, sciat, id meliùs fieri non posse,
 quàm assiduè considerando, quanta inno-
 centissimus Agnus pro nobis fuerit perpeffus
 ex hoc enim fervor insurget, quo toto nisu ad
 tribulationes contendamus, singulis diebus
 specialiter nos in divinam dispositionem re-
 signando; ne tamen nimio zelo obruaris,
 aut potiùs impediaris, singulis diebus id
 duntaxat patienter te perpeffurum propone,
 quòd magis contrarium adverteris.

AFFECTUS.

Letare, O anima mea, quòd passionibus
 abundes. At, O gaudium breve, rui-
 nosum & fallax! Abundas passioni-
 bus,

bus, sed cheu! perverſis, quæ non ſunt
 vivaciſſimis crucifixi tui fontibus, ſed
 ſtandis cupiditatibus. Hæ paſſiones
 vigent, O mi JESU! nimium mei ipſum
 amans, nimium ſenſualitatibus addictus
 mio erga tribulationis horrore oppletus
 que idcirco miminè tibi crucifixus. At
 ma! quo titulo invitabis crucifixum
 in fine miſerrimæ hujus vitæ, ut gratiſſimo
 ſuis brachijs te conſtringat, quæ per totam
 vitam veſtigijs ejus nunquam inſtituisti; In
 perque adverſa quævis repuliſti? Illæ an
 fructibus crucis perfruuntur, quæ ſub
 habitant, Chriſti que doloroſam paſſionem
 memori mente revolvunt, ſi ergo & tu
 tijs hiſce inebriari cupis, nil tibi magis
 ræ, quàm aſſiduè contemplari, quanta
 gniffimus Salvator tuus ſuſtinuerit, quæ
 ut & tu ad quævis ardua toleranda acced
 ris, alloquere crucifixum, & ut cum eo
 ce vivere, in cruce mori, in cruce Para
 ingredi poſſis, clama: *Utinam mi JESU
 vam tecum in cruce & moriar crucifixus.
 precor te, ut ultimus vita mee adus ſit, par
 te, & tecum mori. Hoc, hoc O Domine
 affecto, hoc animum deſidero.*

* * *

Fructus & proposita.

Hic ipse actus & desiderium patiendi, vivendi & moriendi cum Christo crucifixo fructus est & propositum, quod ex hoc puncto eruas; si enim Religiosus vult esse Christo crucifixus, nunquam ei de cruce descendendum erit. Quotiescunque crucifixi imaginem videris, cogita, Redemptorem tuum expansis brachijs te expectare, ut in vita & in morte affectuosissime te constringat, quatenus nunquam ab eo divelli, sed aternaliter convivere possis. O quam celestis Magister noster fuit constans in teranda hac sua cruce! quamvis enim Judæi illi orie eum invitassent, ut de cruce descenderet, id tamen nunquam fecit, sed tum primum à Discipulis fuit depositus, cum in eam spiritum emisisset. Disce, O Anima religiosa! pertransire, & licet Mundus omnimodis allaboret, ut contemptuum & tribulationum fugam inculcet, ne audias, sed, quicquid acciderit, quoscunque offensorem lapides caro, sanquis, Mundus & Diabolus opposuerint, omnes, omnes generoso saltu transilias.

Ne vacilles, Anima devota, innitere Christo tuo, perpende, omnia adversa esse momentanea, nihilque accidere, quod non fuerit ad majus emolumentum. Ne disce-

R

das

das à cruce, sed ad imitationem Domini
 immota consiste, statuto firmo propo-
 nunquam à cruce discedendi, quousque
 Domino licentiam obtinueris, quam
 bis vel in fine vitæ, vel quando omnibus
 tati ad majorem tuum profectum & saluti
 placuerit. Audi, quid S. Augustinus

Ser. 33. nè tibi suggerat: *In hac cruce per totam
 de Sancti. istam debes pendere, non enim est in
 Etis. ta tempus evellendi clavos.* Et S. Bernardus

Serm. 1. Non cessemus tollere crucem nostram, per
 in die S. rantes in ea, sicut Christus per se fecerat.

Pascha. li omninò aures præbeamus à cruce non

canti, quemadmodum idem S. Doctor
 admonet. *Neminem audiamus deserventem
 à cruce suadentem, persistamus in Cruce
 ponamus aliorum manibus, non nostram
 Caput nostrum (Christum) deposuere
 sti, nos dignatione suâ Angeli sancti deprecari
 Observa monitum hoc, Anima religiosa
 altum cordi tuo imprime, semper recordari
 vivendum & moriendum esse in cruce
 neque tempus esse in vita ista evellendi
 lendi clavos.*



DIES SEXTUS.

*De nobilitate, & excellentia
trium votorum in genere.*

MEDITATIO SEXTA:

PUNCTUM PRIMUM.

PPrincipaliter hic considera, quanta præ-
cellentiæ sint vota Religionis, cum ani-
ma his ipsis seu totidem ligaminibus
semper magis ac magis uniatur & alligetur
Deo, ut adeo in certo casu vita religiosa me-
rito dici possit vita divina. Primò enim in-
finitus iste ad Religionem originem suam
trahit à cælo & inspiratione Spiritus Sancti,
cujus solius est voluntatem movere ad am-
plexandum statum religiosum. Secundò
vota, quæ emittuntur primariò, & unice
Deum respiciunt, nec intenditur aliud, quàm
ut anima à Mundo & rebus creatis se abstra-
hat, quò perfectiùs uniatur Deo.

Considera, vota religiosa esse præstan-
tissimum & nobilissimum quoddam vincu-
lum, si enim inter omnes virtutes illa omni-
um est nobilissima, quæ est Religionis, uti-
que & hæc tua vota erunt nobilia, cum prin-
cipaliter ad illam virtutem dirigantur. Ac-
cedit, quò omnium calculo vera nobilitas

in virtutum augmento consistat, quanto magis ergo status aliquis virtutibus abundat, tanto erit nobilior, nullus autem praeferendus statui religioso, atque adeo in tribus vera nobilitas consistit, utpote in quo finitus omnium virtutum cumulus. Non est in Religione nisi sanctum, quia eius opera diriguntur ad sanctitatem, quae attenditur, quam bonum & salutarum, modo vivas juxta institutum tuum, & haeres aeternae felicitatis eris. Considera beneficia tua, & time ingratus esse.

AFFECTUS.

Gratias tibi Deus meus, quod ab infans saeculo ad Religionem me vocasti, quod solum mihi displicet, quod tantum favorem non agnoverim, atque etiam molestis saeculi curis divexer. O vota religiosa! O vinculum suave! Ah! An mea, quid tecum erit, quae dulcibus hinc gaminibus per dissolutam vivendi rationem te exsolvis, & ferreis saeculi vinculis volentè innectis! Quae tibi mens, quae cogitatio? An ignoras, quò major fuerit occasio ad modum, eò majorem esse obligationem? modo ergo rationem reddes districto tuo de tot negligentijs in tantà occasione commissis? Non tantum ut possis,

quasi debeas melius vivere, opportunissimum tibi suppetit tempus; alligata es Deo votis tam sanctis & insolubilibus, & tamen recalcitras? Vis vitam religiosam, quæ est vita celestis, & tamen semper terrenis es immersa? Cum Sancto Sanctus eris, ajebat Psalterius regius, unde ergo tanta tua petulantia, ut cum Sancto perversa sis & tota sæcularis? Time, O Anima religiosa! time, ne & Deus dirumpat pretiosissima vincula charitatis suæ, iustoque suo judicio permittat, ut vinculis infernalibus irretita ad æterna incendia detraharis. Ah! immuta cogitationes tuas, redi ad amantissimum Dominum tuum, qui non vult mortem, sed vitam tuam perennem, felicissimam. Gaude de tantâ gratiâ, qua Deo per tua vota specialiter es adstricta, conmittere eadem suavissima vincula, summo studio, fervore & observantiâ magis ac magis connectere, nunquam à Deo tuo separare, nec desiderare quàm ejus amorem & servitutem.

Fructus & proposita.

NE animam religiosam tepor aut desidia à captis avocent, firmiter teneat religiosum hoc vinculum, quæ sunt tria vota, non tollere libertatem, sed reddere animam magis liberam, & exsolvere à servitute

tute Dæmonis, Mundi & carnis, nulla
 anima sibi ullam libertatem polliceri
 si Deo non fuerit unita, cum in hoc
 ra libertas consistat, quia tunc alas
 quibus suis affectibus & cogitationibus
 coelestia avolet. Studeat igitur anima
 giosa nunquam se à Deo suo separare,
 omnibus & per omnia eidem placere,
 fiet, si vota sua accuratè observaverit.
 bus, qui in hac palæstra summendus propo-
 tur, sunt spirituales functiones, quas in
 tuto tuo conformiter peregeris, semper
 spirituali profectu cresces, si autem negligens
 fueris, signum est, te cum Israelitis dila-
 tum manna contemnere, fastidire
 adeò indies decrescere, qui enim non
 greditur, retrogreditur, cum obligati-
 observantia votorum sint initium & com-
 plementum vitæ spiritualis. Procuratur
 tur, & cum magnâ gratiarum actione
 concessio tanto beneficio, quo tria vota
 tere potuit, efficaciter proponat Religio-
 exactè & ad amissim minima quæque
 vare, per hæc enim ad majora gradus
 Nec dubitet, quin tandem sit id adeptus
 ad quod primo Religionis ingressu
 limavit, nempe vitam
 æternam.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONsidera, Anima religiosa, ad hoc, ut sis perfecta, perfectoque erga Deum amore ardeas, seu, quod idem est, ut ad sanctitatem, & necessariam perfectionem devenias, tria requiri: Primum est, totalis abstractio ab omnibus creaturis & rebus terrenis; & hoc, ut perfectiùs Deum diligamus, ejusque vestigia sequamur. Secundum est mortificatio sensuum & propriæ carnis, quæ semper spiritui resistit. Tertium est inordinatorum voluntatis affectuum refræctio; voluntas enim semper ad malum prona, continuo inhiat præcipitio animæ, volendo id, quod divinæ voluntati contrariatur.

Primum obtinetur per votum paupertatis, quâ separamur & eruiamur à Mundo & omnibus reculis, contenti, ut ab omnibus spoliati soli Deo adhæreamus, & crucem cum ipso usque ad sublimem montem mortis nostræ bajulemus. Secundum per votum castitatis, quâ carnem nostram impugnamus, debellamus & in servitutem redigimus. Tertium per votum obedientiæ, quâ omnem voluntatem & desideria nostra seponimus per superiores, quos loco Dei veneramus, totos nos divinæ dispositioni submittentem. Consideret hæc anima religiosa, & ponderet, quanti æstimare debeat sua vota, quibus ad

R 4

tantum

tantum bonum, & quasi absolutum Sancti-
tis exemplar emergat.

AFFECTUS.

PRælia Domini præliare coactus sum
JESU, dum tribus votis me tibi
strinxi. Felicissimus sanè miles
tuæ militiæ nomen dedit, ubi scutum
pugnabile contra omnes inimici insultus
vis porrigitur. Tu ipsemet fortissimus
li Dux murum te constituis, in quo
jacula retundantur; Vallum te obijcis,
quo omnes milites latitent; Armatura
vincibilis es, quæ sequaces tui propugnantes
defendantur. Et Domino huic ego
ego timidus, disarmatus, eneruatus,
fellus homuncio? quibus armis instruitur
qua arte? quo subsidio vexillis hisce
tus? Tu, O mi JESU! ingenti favore,
meis meritis, sed solâ tuâ dignatione,
statum religiosum me vocasti. O
mea! quanta ergò erit tua obligatio,
tè, viriliter, imperterritè, immotè milita-
di? Hostis tuus est Caro, hostis Mundus,
ffis Diabolus, hostis quidquid resistit Deo.
Quis contra duos, ne dicam, contra tres
Ne formides anima mea, quot hostes tot
ma; quot insultus tot valla; quot
tot muri; quot insidiæ tot præsidia;

omnia mediante statu tuo. O igitur felicem te! Sed &, o miseram te, quæ non agnoscis, nec respondes tanto beneficio. Ah, si tantis suffulta præsidijs nihilominus tam non raro vinceris, quid fieret, si ijs careres? Hoc unicum O Anima! oculos tibi aperiat, quibus ingens status tui emolumentum clarè videas, & in gratiarum actionem resolvaris. Millies ergò sis benedictus Deus meus de tanto bono mihi concesso. Gratias tibi pro armis tam præcellentibus, quibus cœtui religioso tam paternè providisti. Dicere aulam, O amabilissime Jesu! arma hæc in intimo cordis tui, seu ardentissimâ erga omnes fornace, fuisse fabricata. Quàm ergò infelices erunt, qui armis his in propriam ruinam abutuntur? cedunt Mundo, manus dant carni, succumbunt propriæ voluntati, Dæmoni obsecundant, hostes tuos venerantur, & desidiâ suâ omne id geniculabundi adorant, quidquid & sibi, & Domino suo contrariatur. O iterum ac iterum æternum miseros omnes, qui in sempiternum hoc præcipitium per votorum Paupertatis, Castitatis & Obedientiæ inobservantiam ruunt.

Fructus & proposita.

Fructus erit sanctus ac filialis timor, quo miles religiosus teneatur, ne, dum arma

R 5

con-

concessa fastidit, negligit & proiecit, bellis suis in justam prædam cedit. **E**duc mihi paulisper mi Religiose, si quis de in-
 ci sui insidijs conscius de optimis armis
 providisset, ut instanti periculo resistere
 stem eludere & vincere posset, tum
 cum in ejus rabie & odio furentis com-
 ctum venisset, arma seponeret; credidit
 lem de suo inimico triumphaturum. **I**ta
 commentum inquires; victoria bello de-
 mis paratur, non otio & desidiâ. **O**pti-
 fanè, hoc ipsum tibi applica mi Religiose
 emisisti vota Religionis, & cautè te ob-
 sti probè gnarus, quantum certamen cum
 bus capitalissimis hostibus Mundo, Carne
 & Dæmone tibi immineat; instat duellum
 adoritur inimicus, ingruunt tentationes,
 quid tu? arma proijcis, religiosas confu-
 siones negligis, vota non curas, septa Mon-
 sterij egrederis, vallum deseris; **C**ertus tu
O mi religiose, interitus. **L**auros appetis
Triumphos somnias? vincere cogitas
 mis utere, certa viriliter, esto confans,
 victor evades.

PUNCTUM TERTIUM

Considera pulcherrimum & recipere
 donum, Deum inter & animam
 giosam. **A**nima religiosa Deum
 abeat.

renuntiat omnibus, donat ei se ipsam cum omnibus sensualitatibus & affectionibus suis; offert gratissimum, quod homo habere potest, propriam nimirum voluntatem, quia voluntati & iudicio ita renuntiat, ut nihil velit, nihil amet, nihil desideret, nisi quod vult, amat & jubet Deus per superiores. Deuse contra omnium gratiarum fluentia copiosissimè in eam effundit, acceptat ejus oblationes, preces, sacrificia, suspiria, gemitus &c. præstat robur, vigorem ac virtutem, quatenus probè dignoscat & exactè observet, quæ his ipsis votis promiserat, & quâ ratione ad perfectionem tendere ac hæres æternæ beatitudinis esse possit.

Confidera insuper opera à Religioso facta longè magis à Deo æstimari, quàm sæcularium, quia vi votorum & propter specialem Religionis cultum longè præstantiora redduntur, cum Deo non solum offeratur id, quod agitur, sed & ipsamet persona, unde fructus & planta, tota arbor Deo donatur.

Confidera tertio vota religiosa esse materiam, quâ ignis divini amoris accendatur, foveatur & conservetur, & cum hic ignis à Spiritu Sancto enascatur, semper sursum petit, animamque ad perfectissimam cum Deo unionem elevat, quo fit, ut quasi inadvertens misero hujus corpusculi ergastulo soluta ad Deum suum, cui erat constricta, felicissimè abeat.

AFFE-

AFFECTUS.

O Anima mea! quàm raucus aureum
 percellit sonitus? Inclamat nam
 mo devotissimus Dei famulus
 tam, quæ non impenditur in amando de
 viendo Deo, perditam & frustraneam de
 Quid hoc O Deus? Perdita sit & frustra
 Ah! quot momenta, O anima, numerata
 quæ non fuerint frustranea? tepida, et
 nimium & deses fuisti hactenus, necessitas
 magis quàm amore erga Deum religio
 languida & remissa eras in votorum tuorum
 observantiâ, & inde tenuis in amore divine
 cum tamen in hoc plenitudo perfectionis
 nostræ consistat. Quid autem consilium
 amore Dei? si Deum non amas, quem amas
 bis? Ama quidquid volueris, si Deum non
 amaveris, frustra laborabis, fundamentum
 arenoso substruetur profectus & vitæ tuæ
 ries. Ignosce O mi Jesu, quod dulcissimum
 hoc Religionis vinculum negligentiam
 mearum absynthio tibi, & potissimum
 amaricaverim. Doleo & animum dolentem
 commisso tepore meo; exosculor nunc
 devotissimè amplector triplicem amoris
 vinculum, erit posthac insolubilis in corde
 affectibus, desiderijs, & ope-
 ribus meis.

Fructus & proposita.

Sivel scintillula hominis religiosi in te vi-
get, Anima religiosa, inflammaberis ad
arctiorem votorum observantiam, dum
velobiter consideraveris, quanta bona exin-
de promanent. Quemadmodum enim ne-
gligens & perversus Religiosus plurimis &
gravissimis pœnis subditur; ita bonus tantis
beneficijs à Deo cumulatur, ut in hac vitâ, ab
ipso etiam Mundo, quem adeò despexit &
totaliter relinquit, honoretur. Aspice mihi
hominem quendam, qui in sæculo constitu-
tus à nemine æstimabatur, factum Religio-
sum omnium venerationi expositum. Qui
prius erat opprobrium hominum & abjectio
plebis, gaudet nunc etiam Magnatum respe-
ctu, qui prius nec hiscere audebat, nunc sum-
mâ congratulatione & favore recipitur. Nec
id vel doctrinæ, vel nobilitati admetiaris,
cum plurimi doctiores & nobiliores, sed in
sæculo constituti, honorem istum nunquam
consequantur. Soli ergò & unico Dei famu-
litiò est adscribendum. Servus Dei, toto
Mundo acclamante, omnibus alijs terreno-
rum Principum Aulicis, imò ipsismet Regi-
bus meritò præponitur. Ne tamen credas
(multò minùs insolescas) honorem hunc
tuz personæ exhiberi, nisi in quantum ad
Deum, cujus Majestatem Proceres terreni in
te ve-

te venerantur, quia per tria vota totaliter
 Deo unitum & quasi unum cum Deo
 ciunt. Unde habes, quàm obligeris esse
 diosus observator votorum tuorum
 spontè, & ultrò emisisti, & per quæ ad
 tum honorum culmen es evectus. Suppo
 to autem, quod & in religione abjectus
 neas & delitescas, ne ob id contristeris;
 enim terrena ista transitoria sunt & fallacia
 ita eisdem minimè est fidendum, nec ea Deo
 elargitur in præmium religiosæ professionis
 nostræ, sed potiùs in testimonium securitatis
 longè felicioris remunerationis; vult
 honores terrenos ostendere suum erga nos
 affectum, non ut argumentum infallibilitatis
 quo discamus, nullo nos apud Deum
 esse, si ijs privati sumus, sed ut indicium
 bilis dispositionis, quæ ex abyssali suâ pro
 dentiâ promanat, ad oculum demonstret
 tanto se in Religiosos amore teneri, ut
 tametsi dignitates aliàs sint periculosa
 dente tamen trium votorum nexu, non
 subleventur, ut & hos sit largiturus, & cetera
 alia eorum opera copiosissimè remunera
 rus, nullo prorsùs habito respectu ad officium
 vel honores mundanos, sed prorsus ad finem
 ram cujusvis intentionem, adeò, ut & in
 ditissimo cœnobij angulo delitescens
 sibi sit curæ, atque in summo dignitatum
 stigio; modò quisque suâ sorte contentus

accuratè observet sua vota suæque obligationi respondeat, certus Deum non defuturum, si non in hoc saltem, & infallibiliter in altero sæculo. Ut taceam Religiosis abjectis longè majorem suppetere quietem & interioris solatium, quam in Prælaturâ constitutis. Vereatur itaque Religiosus in quocunque tandem officio detentus à votorum suorum tramite discedere, quin potius firmissimè statuat, quidquid acciderit, nunquam promissum suum infringere, ne, cum in re gravi defecerit, gravi quoque pœnâ mulctetur.

DIES SEPTIMUS.

De voto paupertatis.

MEDITATIO SEPTIMA:

PUNCTUM PRIMUM.

CONsidera, Religioso, ut sit bonus & perfectus, necessariò convenire plenariam ab omnibus terrenis abstractionem, cum enim hæres sit Christi, sciat ab intestato relictam sibi paupertatem, supra quam hæreditas Domini est stabilita, Redemptor enim noster tam erat amans paupertatis, ut pauper in paupere stabulo nasci omni-

omnique terreno auxilio in primis statim incunabilis privari voluerit, erat quidem totius universi Dominus, nihilominus amore paupertatis nec vel tuguriolum in toto Mundo sibi præservaverat, in quo diverteret. Voluit habere matrem pauperem, enutrirî à nutritio paupere, proprio labore victitare, &, qui omni carni escam præbet, egere voluit, suumque nutrimentum à paupertate capere. Tota ejus vita nihil aliud erat nisi pura pura paupertas: Duodennis cum Jerosolymis per triduum in scijs parentibus moraretur, ostiatim panem mendicavit, ut observat S. Bernardus. Evangelicam suam doctrinam traditurus, Discipulos elegit pauperes, utque omnibus renuntiarent, primo statim conversionis puncto præcepit. Et, ne quis sibi inaniter blandiretur, paupertatem hanc temporaneam esse, successuque temporis extingui, proprio suo exemplo ita eam coluit, ut usque ad ultimum vitæ habitum semper pauperrimus fuerit, in ignominioso patibulo omnibus spoliatus, & nudus mortem oppetens. Considera, O Anima religiosa, idem & tibi incumbere, si Domini tui famula & genuina sectatrix esse cupias.

6

AFFE-

AFFECTUS.

AH Crucifixe, pauperrime Jesu! quis mihi dabit ut moriar pro te? quis dabit oculis meis fontem lachrymarum, ut deplorem insaniam meam? Ah quam confundor, dum te nudum ab omnibus derelictum in cruce aspicio! Tu Deus, Dominus & Creator omnium adeo pauper esse voluisti, ut omnia tibi deessent, ego miserima creatura, abjectissimus terræ vermiculus pauper esse volo, ut nihil mihi desit. Quid, obsecro, anima mea tecum erit in tremendo iudicii die? quid Judici interroganti de cultu paupertatis? quid de ultroneâ, & patienti sufferentiâ defectuum temporalium? quid adhuc omnia? studuisti hactenus proprio tuo comodo; si vel in victu aut vestitu minimum deerat, continuo in murmura erupisti, minus patiens quàm plurimi sæculares; pauperem habitu exteriori te simulasti, interius omnes artes advocans, ut in omnibus & per omnia tibi benè esset, non contenta necessarijs, etiam superfluis inhiabas & tecum retinebas. Quid, inquam, adhuc omnia? Nunquid intonabit auribus tuis: Qui non secutus est me, non est me dignus, sed iusto iudicio æternis flammis adjudicandus? si votum, si statum tuum allegaveris, cogeri vel invita fateri, promisisse te quidem paupertatem

S

tem

tem religiosam, sed pro dolor! tam exiguum
 ejus cultricem extitisse, ut majores
 habueris in Religione, quam in saeculo
 des, O miserrime Religiose! quam nobis
 ciat promississe, sed reipsa fuisse pauperem.
 Nolo O mi Deus, nolo deinceps habitum
 taxat mentiri Religiosum, sed ero opus
 veritate, scio, scio solum Religiosum
 spiritu pauperes Regnum Dei consecutum
Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est
regnum caelorum.

Fructus & proposita.

FRUCTUS animae Religiosae summus
 cuus, Deoque gratissimus erit
 propositum non contristandi,
 minus conquerendi, si quid etiam de
 sarijs defuerit; sed magis gaudendi,
 optima occasio advenerit amore crucis
 pauperrimi Redemptoris sui quidpiam
 stinendi. Si nosset, anima religiosa,
 tum displiceant Deo Religiosi illi, qui
 pertatem adeo abhorrent, ut nihil minus
 piam quam defectum pati; & tamen
 sacro professionis die fuerint fervidissimi
 hujus tamen fervoris sui pedetentim
 obliviscuntur, ut paupertatem velut
 capitalem repellant, semper, & quibus
 scandalose solliciti, quomodo delicatissimum
 cibum, meliorem vestitum, commodum

habitationem, & pretiosorem suppellectilem sibi comparent; si horum quopiam egeant, lamentantur, turbantur, inquietantur, superiores molestant & perturbant, ut propè necessarium foret, superiores semper presentes esse cupedijs quibus gulam, vulpeculis quibus molitiem, vino generoso quo sitim arcerent; nec capiunt tenelluli tales, vi status sui teneri se ad majorem rigorem quàm sæculares, ubi enim hi pellendo frigori, calori, siti &c. subinde laudabiliter invigilant, Religiosi culpabiliter insudant. Si, inquam, anima religiosa, caperent nonnulli quantum perversitas hæc Deo displiceat, non dubito, quin mores suos essent mutaturi. Tene certò, mi Religiose, quemadmodum votum paupertatis est infallibile instrumentum æternæ salutis, si observetur; ita evidentissimum esse æternæ damnationis, si negligatur; quo autem pacto tu probabis paupertatem tuam, cum nihil prorsus de eâ possideas? Non probabis facto, utpote omni commoditati inhians; non corde, nullo erga eam amore succensus, verbo tandem poteris, quo justus Judex te ipsum ex ore tuo condemnabit. Cave ergò negligens esse, statue firmiter, datis occasionibus occurrentes defectus saltem Dei amore patienter sufferre, si tam perfectus non sis, ut ultro eos quæras, & interiùs tibi congratuleris.

PUNCTUM SECUNDUM.

Considera, Anima religiosa, & dignitate paupertatis ex eo potest metire, quod benedictus Redemptor noster eidem inter omnes beatitudines primum locum assignaverit; Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum; indigitans, ni fallor, primariam et januam esse, quâ Paradisum ingredi possumus, eosque, qui hac virtute eminent, speciatim sunt Religiosi, proximos esse ad salutem nostram.

Considera, Beatitudines à Christo domino propositas dici posse scalam perfectionis graduum, quibus animæ in via perfectionis expedite progrediantur & sublimiter attingant. Primus gradus est pauperes spiritu &c. ac si diceret, si gradum hunc non fuerit amplexus, non proficiet, nec montem excelsum æternæ felicitatis conscendet. Ascetæ volunt, Pauperem esse in perfectis effectum perfectionis incipientibus verò & proficientibus instrumentum & fundamentum. Ex quibus patet, vanas esse cogitationes omnium Religiosorum, qui, neglecto hoc gradu, somniant; quomodo enim ultimum attingent, si primum nunquam attigerint. converso autem omnes, qui paupertatem

matrem filiali affectu fuerint profecuti, facillimè ad æterna gaudià pervenient, nullo siquidem divitiarum onere oppressi per scalam beatitudinis non tantum liberè ascendent, sed volabunt quasi, utpote per opes sponte relictas comparatis sibi alis, quibus ad cœlum avolent.

AFFECTUS.

Meritò lamentaris, Anima mea, quod adeò terrenis te infixam sentias, hoc enim evidens argumentum est, veram paupertatem aut nullas, aut tenerrimas radices in te agere. Audésne cordatè dicere: *O quam sordet mihi terra, dum cœlum aspicio?* audésne? hujus tanti erga cœlestia desiderij tenacem te asserere? Discute te, anima, disquire interiora tua, &, utinam! non invenes, totam te terrenis addictam, & vel tacitè sapiùs in contrarium erumpentem: *Quàm sordet mihi cœlum, dum terram & terrena aspicio!* toties sanè hoc dicis, quoties propter terrena Deum offendis. Ah quam stulta es! quæ Deum propter aurum relinquis, plùs æstimas exiguam glebam, quàm thesauros & divitias cœlestes; plùs modicum quid commoditatùs terrenæ, quàm delicias Paradisi; tum autem plùs hæc omnia te æstimare scias, cum in functionibus tuis

spiritualibus voluntariè admittis distractio-
nes ad terrena te impellentes, ubi oratione
laudas Deum, animo adoras Mundum. De-
cute igitur cor tuum ab omni tali affectu
levia illud & ad cœlestia sustolle. *Quia*
Deus, en me iterum tibi humillimè supplicem!
Eram hæcenus misera & ingrata, tuus
ero posthac, tu solus eris thesaurus, tuus
tibi in te gaudium, in te solo gloriabor, in te gaudeam.

Fructus & proposita.

A Nima religiosa imprime seriò
tuo veritatem istam, per nimirum
ri cupiditatem animas in inferna
præcipitari, per contemptum verò ad cœ-
stia sustolli; contemnis autem, dum
lemni paupertatis voto omnibus renuncias
& Deo in holocaustum offers. Religiosi
fundatores semper paupertatem selegunt
cui tamquam primario fundamento indita
sua substruerent, finis quippe illorum
animas ad cœlum dirigere, unde prima
mnium norma paupertas constituenda
primum nimirum sustentaculum, cui inni-
rentur, & per quod ad cœlestia elevarentur.
Vide igitur, anima religiosa, si cœlum de-
deras, quo pretio habere debeas pauper-
tem. Mundus idcirco aurum adeò æstimat
& veneratur, quod insanè credat, omnia

id se possidere, omniaque comparari posse,
 adiri Principatus & regna; Dilatari domi-
 nia; omnibus cupiditatibus abunde satisfac-
 ri. Delirat Mundus, nec mirum, cœcus enim
 est, & hinc umbram ut ipsum corpus metitur.
 Aliud omninò est in paupertate religiosâ,
 hæc enim, dum conculcat omne id, quod
 Mundus æstimat, obtinet omne id, quod toto
 Mundo, omnibusque opulentijis infinites est
 præstantius, vendicat sibi dominium omnis
 boni, non terreni, quod caducum & va-
 num est, sed cœlestis, quod sempiternum;
 acquirit regnum non corruptibile, sed im-
 marcescibile; quo obtento, Deus ipse possi-
 detur unicum omnis veræ felicitatis obje-
 ctum. Quàm igitur, Anima religiosa, ac-
 cendi debes erga virtutem hanc tam præpo-
 tentem & proficuum? O Sancta paupertas!
 O quàm es amanda! Tum primùm, mi Reli-
 giosæ, pauper es, cùm non es verè pauper,
 quia tum privaberis thesauro infinito, &
 æternâ indigentia affigeris; noli ergò à
 captis desistere, sed perge viriliter, identi-
 dem memor, modicum esse tribulationis no-
 stræ, perenne autem, quod in præmium tri-
 buetur.

PUNCTUM TERTIUM.

CONSIDERA mirabile & suavissimum nu-
 trimentum, quod Religiosus à pau-
 per-

pertate tamquam pientissimâ matre accedens
 Non est hoc de corruptibilibus & perituris
 creaturis conquistum, sed cœlo petitum
 omnem suavitatem in se continens, hæc
 cor recreatur & quietatur, quia, Religio
 omnibus exutus nihilque desiderans, pacè
 cè vivit, & cor illud, quod nihil mundi
 appetit, Deum intra se tenet, qui solus
 manifestare potest, unde divinissimo
 manna reffectus certo modo adhuc in terra
 participat gaudia Paradisi, quæ unicè con-
 stant in pacificâ Dei possessione.

Considera sanctam hanc paupertatem
 meritò vocari posse dulcissimam animam
 beatitudinem, cum idem in terris affertur
 quod beatitudo in cœlis præstat. Beati-
 tudo cœlestis consistit in quiete & dulci re-
 gero, hæc omnia & paupertas confert ali-
 clis suis in terrâ, quos in continuam securi-
 tem, pacem & refrigerium collocat, red-
 que securos à suspicionibus, vanis cogitatio-
 nibus & molesto timore, quibus divites in
 terrâ inquietantur. Corpus quoque in
 paupertatem magno bono potitur, servat
 quippè debitâ abstinentiâ, multis doloribus
 eximitur, longeque meliori sanctitate pro-
 fruitur, ubi per abundantiam continuis mor-
 bis subijceretur. An non vides tot erem-
 colas ad decrepitam usque senectam pro-
 gressos? nec id ex alio capite, quàm quod

bus eorum paupertate esset conditus; pau-
cula fercula sanctæ paupertati conjuncta
suave eis erant dulcissimumque alimentum.
Numeri mihi vel unicum heluonem, qui
tantam annorum seriem unquam fuerit
emenus? ordinariè opulenti multò erunt
infirmiores, quàm pauperes.

AFFECTUS.

ESTO cordata, Anima mea, nec paupertatem timeas, gaude potiùs, pauperem te esse, quia quò pauperior fueris, eò majores cordis lætities, majorem quietem & levamen experieris. O quàm mirabiles sunt inventiones amoris tui. O Deus meus! Invenisti in ipso etiam naufrago hujus Mundi Pelago opratissimum portum, ad quem misellulæ animæ securè contendunt, & tamen in hac perturbatissimâ terrâ nulla prorsus quies inveniri possit, assylum erexit, ubi exæstuantes inquietudinum fluctus secundi possunt; Paupertas, mi JESU! portus est; paupertas assylum est, quod omnibus generoso animo amplexantibus suavissimum refrigerium præstat. O Deus meus! quàm nulla quies in rebus caducis est invenire! fluant omnia ad votum, obruamur divitijs, repleamur illecebris, sectemur sensuallitates nostras, vana, onerosa, molesta sunt omnia,

omnia, nunquam cor humanum exaltatur, sola & unica paupertas felicissima quod alijs omnibus non est concessum. Ergo solatium meum erit, huic superbo totum ædificium spiritualis premei; huic innixus audeo te nunc, Deus, cum devotissimo & verè pauperi Augustino tuo alloqui: *si cuncta, quæ tibi dederis mihi, non sufficient seruo tuo, nisi mihi te ipsum dederis.*

Fructus & proposita.

1. Pet.

2.

PRIMUM Religionis vinculum, quod cum Deo copulatur, meritò hanc probationem sustinet: *Deponentes omnem malitiam* (quâ terrena abundantiam sicut modò geniti infantes, rationabiles, sedulo lac concupiscite, ut in eo crescatis in scientiam, si tamen gustastis, quia dulcis est Dominus. Crede, Anima religiosa, saluberrimum hoc monitum identidem tibi inculcandum. Proximis enim paupertatem tamquam preciosissimam matrem filios suos sollicitè erantibus fructus igitur potissimus ex hoc puncto imaginari & seriò sibi persuadere maxime illam vocem à S. Petro petitam continenter auribus nostris insonare, ex quo sequetur semper ac constantior animus in perfectis quibusvis miserijs & occurrentibus necesse

tibus. Habet sanè, Anima religiosa, cur
sumopere delectetur, si verè pauperem se de-
prehendit, tum enim tantò similior est Re-
demptori suo, quantò in hac virtute profun-
dior, quantoque plura reliquit; ut autem in-
dies proficiat, cupiat semper, & ex animo vo-
veat pauperior esse; necesse quidem est,
ut Religiosus de necessarijs provideat, id ta-
men simplicissime, absque ullà perturbatio-
ne faciendum erit. Omnis fiducia princi-
paliter in Deum est figenda, qui sperantes in
se non confundit; An putas, mi Religiose,
Deum, qui volucres cœli tam tenerè pascit,
non provisurum pauperibus famulis suis? O
quam providentia ista nunquam dormitat!
& cum nulli prorsus desit, multò minùs de-
erit illis, qui Dei amore omnes divitias &
bona temporalia reliquerunt. Soletur te
ipsum quilibet Religiosus, colat pauperta-
tem ut matrem, & habebit Deum aman-
tissimum Patrem.



DIES

DIES OCTAVUS

De voto castitatis.

MEDITATIO OCTAVA

PUNCTUM PRIMUM.

Quod Religiosus debeat esse purus & castus, tam est certum, ut probrum ne non indigeat, frustra igitur fructuari, si in exhortatione ad virtutis huiusmodi puritatem detineremur, quia, uti confitebantur nostræ loquuntur, quemadmodum nobiles nobiles est, ut Religiosi servent castitatem; ita turpissimum est, si non seruent. Audiamus formalia constitutionum

P. 2.

C. 1.

Ad castitatem servandam adhortari non tam præclarum est, eam virtutem colere, quam turpe, non colere. Optime nos facturos autumo, si in consideratione nobilitatis & excellentiæ ejus, paulisper immoremur, quò Religiosi magis ad acquirendam conservandam puritatem extimulentur.

Considera igitur, Anima religiosa, quæ puritas Deo placeat, qui carnem humanam assumpturus pro matre Virginem elegit, luitque, ut & putatitius ejus parens Virginitatem, verè exemplo suo contestans,

suas esse, etiam in hoc Mundo inter lilia
 commorari, quibus in cœlo assiduè circum-
 datur. Inde S. Ambrosius Christum Domi-
 num Auctorem hujus virtutis appellat: *Ejus Lib. 1.*
auctorem, quem possumus existimare, nisi im-
maculatum Dei Filium? Christus Virgo, Vir-
 ginis sponsus, qui amore tam intenso erga
 virtutem hanc exarsit, ut, tametsi S. Apostoli
 sapientius apud Tyrannos fuerint accusati, nun-
 quam tamen permiserit, ut quispiam de deli-
 cto contra puritatem deferretur. *Nullus*
unquam Apostolis aut fornicationis aut impu-
dicinæ crimen objecit, sed tantummodo sedu-
ctores appellati sunt, ait S. Joannes Chryso-
 stomus. *Hom. 1. in 1. ad Timoth.*

Confidera, castitatem esse virtutem an-
 gelicam, quâ homo Angelis assimilatur: *ne-*
que nubent neque nubentur, sed erunt sicut
Angeli Dei, testatur ipsamet increata sapien-
 tia. Homo commune quid habet cum bru-
 tis & cum Angelis; De angelis tantò parti-
 cipat, quantò puriùs & castiùs vivit, tanto-
 que unitur magis spiritui & vitæ angelicæ,
 quantò à carne & ab animali recedit.

AFFECTUS.

DEciperis, anima mea, si unquam te Do-
 mino tuo placituram credis absque
 puritate, versatur hic inter lilia, ha-
 bitatio

bitatio ejus cum Virginibus. Nolle tu
 an & tecum commoretur? subingredere
 cana pectoris tui; discute & pondera
 amans puritatis, & habebis quod delecteris.
 Si carnale, si morosam in cogitationibus
 turpiloquam, si impudicam oculis, si curio-
 sculi tui incuriosam custodem, si molles
 tactibus, etiam cum sola fueris; O, non
 das, Deum te possidere; elongat se a te
 mores angelicos separaveris à te. Ah
 Deus! quid feci misera, dum vel caro
 alia tentatio surgebat, substiti, hæsi, cecidi.
 Cecidi è profundo liliorum convallium
 profundum omnis immunditiæ; cecidi
 consortio Angelorum in damnatam locum
 tem dæmonum. Cecidi, ah! cecidi à
 Deo meo, unico solatio, unico suspirio,
 co gaudio meo, & deflexi ad capitale
 stem meum, tristitiam, afflictionem,
 mentum animæ meæ. O utinam mihi
 nunquam offendifsem! O sanguis
 & purissime benignissimi Redemptoris
 quis det guttulam de te, ut abluam faciem
 maculas meas? O mi JESU! En ad
 ad plagas tuas propero, gemo, doleo,
 ro, & affectuosissimè auxilium imploro,
 juva me Deus meus; Erravi, ah
 plango nunc amarissimè omnes noxas
 detestor, abjuro omnes illecebras, quæ
 meos commovere possunt. Tu, O

... Nolle
... bingred
... pondera
... quod deli
... gitatione
... culis, si
... si molle
... is; O,
... gat se a
... à te. Al
... n vel car
... ti, hæc
... convalle
... itia; ces
... natam fo
... h! cecit
... suspitio
... capitale
... ctionem,
... nam mi
... nguis cal
... lempro
... luam h
... En ad
... , doleo
... impleo
... vi, ah
... es nox
... oras, qu
... Tu, O

... ssime JESU! eris unica cogitatio & com-
... morio totius corpusculi mei, in hoc candi-
... dillimum lilium ad eò me demitto, ut ex nunc
... & in perpetuum nil aliud de corde meo sit
... proditurum, quàm quod Armelinus angeli-
... cè protestabatur: *potius mori, quàm fedari.*
... Moriar centies millies quàm ut inquinem
... animam meam.

Fructus & proposita.

... S I Deo tantoperè placet castitas, probè co-
... gnoscis, Anima religiosa, summum
... tuum studium in eà comparandâ collo-
... candum esse, cum enim Religiosus obligatus
... sit, omnia sua eò dirigere, ut Deo placeat,
... clarum est, obligatum quoque esse, ut specia-
... liter huic virtuti invigilet; nec sufficit Re-
... ligioso, externam tantùm corporis purita-
... tem custodire, sed mentis insuper & animæ.
... Conaberis itaque omnia tua in hanc Deo
... gratissimam virtutem dirigere, ne, ubi hæc
... exulaverit, à spiritibus angelicis deserta, spi-
... ritibus immundis in æternum pabulum cedas.
... Vita pura & casta est vita angelica, quàm
... sancti Angeli tam intensè colunt, ut omnem
... locum impurum horreant, imò & viam ad
... talem locum ignorent, cujus testes habe-
... mus tres illos Angelos ad destructionem
... pentapolis tendentes, quibus iter ad civita-
... tes

tes illas tam erat ignotum, ut coacti fuerunt
 Abrahamum comitem sibi adsciscere, ut
 eò devenire possent: *Abraham* sicut
 diebatur, *deducens eos*; &, uti annotat
 mannus, *iter indicabat, ne errarent*.
 Viam ignorabant, quia missi erant ad
 res illas Sodomam &c. civitates luxuriosas
 impuras, sordidas, & ob hoc ipsum
 crimen abominandas. Nesciunt pro
 sancti Angeli, ubi non apparet semina
 tatis. Unde vides anima religiosa, si
 vivere vitam angelicam, fugiendos
 omnes angulos, ubi non suavissimus
 odor promanarit. Non est virtus tam
 culosa, tantisque anfractibus exposita,
 Dæmone, Mundo & Carne infesta, quæ
 castitatis, ut exinde omnis conatus &
 gentia adhiberi debeat, quo conservetur
 Circumcingenda est pluribus alijs virtutibus
 quibus, quasi totidem militibus obviam
 pulchritudo ejus conservari possit; omnia
 autem potissima & ad custodiendum
 ma erit fuga occasionum, quare fugiendæ
 erunt omnes conversationes, ubi de
 impuris est sermo, claudendæ sensuum
 tæ, ne subintrent inimici puritatis & sancti-
 tatis, nihil non agendum (etiam dum
 fuerit solus) quò hostes omnes arceantur.
 Considera, anima religiosa, quò
 stitas tam præcellens sit ornamentum

aque adeò in omnibus creaturis adamanda
 & extollenda, multò id majori titulo com-
 petiturum Religiosis, qui speciali voto eam
 sibi in sponsam delegerunt, statuto efficaci
 proposito, toto conatu immensæ huic pul-
 chritudini inhiandi, quod promissum cum
 sit præcipuus actus religionis, exinde pul-
 cherrimæ cæteroquin virtuti eximius splen-
 dor accrescit; Religiosus enim in virtutis
 hujus observantiâ non movetur alio quo-
 quam commodo, nec quærit aliud, quàm ho-
 norem Dei & amorem illius, qui inter alias
 omnes prærogativas primam numerat, pro-
 lem esse præstantissimæ hujus matris castita-
 tis, quæ filios suos nutrit, fovet & educat
 tantâ suavitate, ut eidem omnes passim ac-
 clament: *Curremus in odorem unquentorum.* *Cant.*
unquentorum, unquentorum ad usque intima pe-
 13.
 foris, & inde ad divinæ Majestatis placidif-
 simas nares gratiosissimè penetrantium.
 Considera igitur, quàm gratum Deo factu-
 rus sit Religiosus ille, qui studiosè hanc suam
 sponsam coluerit, semperque memori men-
 te revolverit. Ut taceam, Religiosos ex
 alijs etiam capitibus ad virtutem hanc obli-
 gari, & primò quidem, ut, cum sint Deo
 ejusque servitio dicati, majori puritate ei-
 dem servire valeant, castitas quippè corpo-
 ralis plurimùm conducit ad perfectionem &
 sanctitatem animæ. Secundò, ut ad sacri
 T altaris

altaris ministerium prælecti officium hoc quod ptopriè est Angelorum, decem obeant. Tertiò, ut in aliorum Christianorum exemplar expositi suavissimo hoc citius eos ad cultum divinum attrahat sicut enim non est vitium, quo magis religiosi vilescant sæcularibus, quàm luxuriosa non est virtus, quàm majorem sibi famulati concilient, efficaciusque eorum moniti-ctificent, quàm castitas.

AFFECTUS.

Quoties, O mi Jesu! fatigabor tam bonitatem tuam? Ecce deus invenior minùs habens, merito propterea justissimæ iræ tuæ in vindictam expul- tus. Ecquomodo, O mi Deus, potestis servum tam iniquum & incurium inter Angecos tuos ministros tolerare? Subira- Domini temporales, cum famulos suos juncta servitia parumper negligere ad- rint, & tu Dominus omnium amicissimus tu respicis me miserum, qui Angelico de- tatus officio diligentiam tam exigua illud im- executus? Ubi obsecro, mi Deus, tua in- centenos alios iterata fulmina? ubi plaga ubi severissima & æterna aversio? Quid ad- promerebar tam incustoditè tibi famula- do? quas pœnas non in me ipsam cucur- fulmina
causavi
tuo sinu
attraher
tius stuc
ah mi J
faciem t
quir am
Jesu, &
stem, ad
ut emun
ricibus v
tur; Vi
nister ag
formosif
sarijs eju
mi Jesu
fringo &
que eand
nantur.
ter mea,
mia avo
lis, præ
plexanda
appreh

fulmina non extorſi? quam averſionem non
 cauſavi? Et hæc omnia miſericordiſſimo
 tuo ſinu recondis; O mi JESU! nolentem
 attraheres, excitares, perurgeres ad ferven-
 tius ſtudium. Ecce me dolentem nimium,
 ah mi JESU! *ne avertas faciem tuam à me,*
faciem tuam Domine requiro, & animitus re-
quiram totâ vitâ meâ, polliceor tibi, O mi
 JESU, & teſtes tibi ſiſto totam curiam cœle-
 ſtem, adhibiturum me omnem diligentiam,
 ut emundetur cor meum, Angelicisque ſpi-
 ritibus verbo, opere & cogitatione aſſimile-
 tur; Vivam angelicè, ut Angelicus tuus mi-
 niſter agnoſcar. Dedi quidem ſponſæ meæ
 formoſiſſimæ libellum repudij, toties adver-
 ſarijs ejus fores aperiendo, nunc autem, O
 mi JESU, amoroſiſſimis brachijs eam con-
 ſtringo & ocludo aditum omnibus, quicun-
 que eandem moleſtrare aut inquietare co-
 nantur. Adeſto mihi O ſponſa mea, O ma-
 ter mea, *odor unguentorum tuorum, ſuper o-* Cant. 4.
mentaria aromata. Tu virtutes omnes præcel- 11.
 lis, præ omnibus idcirco ſtudioſiſſimè am-
 plexanda. *Dixi, ascendam in palmam, & Cant. 7.*
apprehendam fructus ejus. Ascendam 8.
 & non erit, qui deiiciat
 me.

T 2

Fru-

Fructus & proposita

SI virtutis hujus excellentiam probe
 sideraveris, & vel scintillula vestigi-
 Deum amoris in te flagrat, non tam
 magno eam pretio habebis, sed tam
 præcipuum cordis tui objectum diliges
 plexaberis & indissolubiliter custodies. Al-
 ter hæc est charitatis, si ergo affectu de-
 simo eam non colueris, aperte demon-
 nec filia curam aut vestigium in te vestigium
 Quantò cupis Deo appropinquare, quanto
 que illius charitatis igne succendi, tanto
 de castitati, quia Deus summopere casti-
 rum diligit. Vita religiosa debet esse
 candida, ut primo intuitu omnibus præ-
 angelica innocentia. Si requiritur vita
 rum est minimam etiam labeculam conspu-
 in eâ notari; & licet maculae immunditatis
 omni statu graviter arguantur & castigantur,
 tur, in nullo tamen magis observantur, quam
 in statu religioso, qui, ut dictum est, et in
 tuto suo debet esse candidus. Omnes
 colores advoca, dispice, considera, & ab-
 bebis, in nullo magis maculam notari
 in albo. Nulla quidem imperfectio in
 religioso est, quæ non summopere observetur,
 nulla tamen deformior apparet, quam
 contra castitatem, quæ sola tollit boni-
 mam Religiosi. Ediffere de Religioso

si impatiens, superbus, vanæ gloriæ cupidus, subinde indignabundus & cholericus, nunquam famam ejus adeò imminues, ut spernatur, si autem fuerit inhonestus, turpiloquus & immundus, mox contemnitur & ab omnibus ut pessimus habetur, cum ingenti jacturâ famæ; & hoc, quod cætera vitia non adeò excludant amorem Dei; constat enim cum exiguo cholera defectu, cum aliquali vanâ ostentatione consistere posse divinam gratiam, in materiâ verò luxuriæ non potest dari macula tam exigua, quæ non sit gravis, & cum quâ subsistere possit gratia Dei; cum certissimum sit, *in rebus venereis non dari puritatem materiæ*. Omnibus alijs defectibus solemus compati, hunc unum acriter perstringimus, utpotè principaliter vitæ religiosæ adversantem. Ergò, Anima religiosa, cave summoperè hoc vitio te inquinare, & move omnia, quæ carnem irritare & impurissimâ hac maculâ afficere possunt, vel umbram fuge immundarum cogitationum, verborum & operum; nec dubita, quin hoc factio lilijs cœlestibus sis inferendus.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, Anima religiosa, motiva quædam ad amandam hanc virtutem impellentia. Primum est; quia tem-

T 3

plum

plum es Spiritus Sancti, & membra tua
 membra Christi. Secundum, quia vitium
 hoc difficillimè relinquitur, cum ad
 animam serpat; ut quemadmodum spongia
 aquam, ita vitium hoc infinitatem quantum
 aliorum vitiorum sorbeat & secum ferat,
 que illi quasi connaturale, ut hominem
 duret & ad omnem spiritualem influen-
 tiam insensibilem reddat; actus quoque con-
 tra hanc virtutem exerciti habitum adeo
 dicatum producant, ut difficillimè possint
 evelli, & non nisi gravi applicato castigati-
 nis ferro. Tertium, quia hominem debilem
 stupidumque reddit, exæcatur enim intel-
 lectus, prudentia deperditur, ratio supprimitur
 & in bestialem modum abit. Quartum
 ob peccati gravitatem, quod in Religione
 longè est majus quàm in sæcularibus, omnia
 enim actus impurus in religioso sacrilegus
 ratione voti, atque adeo peccatum contra
 virtutem Religionis. Quintum rigor
 vindicta, quam Deus semper exegit, quia
 enim unquam gravius auditum est quàm ca-
 taciismus, quo totus Mundus submergetur?
 Quid rigorosius quàm flamma illa
 races, quibus civitates Sodoma & Gomorra
 consumebantur? & hæc omnia principia
 ter propter peccatum carnis. Accedunt
 plures revelationes, quibus innotuit, ple-
 ma flagella, famem; sitim, bella à Deo
 missa p
 ti insup
 lam i
 infandu
 Co
 minaba
 magis e
 giosis,
 ad dicti
 L Ice
 te
 ip
 baculur
 corpusc
 lus iste
 lum ho
 tos coer
 festatio
 nus ipse
 fvi Jer
 perditio
 Anima
 in te ips
 via casti
 tes quã
 crando
 illicium

missa propter execrandum hoc vitium. Multi insuper firmiter credunt, defectionem illam in Oriente factam provenisse propter infandum luxuriæ scelus.

Confidera, si Deus vitium hoc adeò abominabatur in omnibus Christianis, quantò magis execraturus & castigaturus sit in Religiosis, per votum castitatis, specialiter Deo addictis?

AFFECTUS.

Liceat mihi, O mi JESU, cum regio Psalte
te alloqui: *Virga tua, & baculus tuus* Ps. 22.
ipsa me consolata sunt! O virgam, O
baculum felicem! O mi JESU! cui fragile
corpusculum meum inniti potuisset, si bacu-
lus iste, si virga castitatis defuisset? Vincu-
lum hoc virga mihi, qua sensus immodera-
tos coërceo, baculus, quo securus carnales in-
festationes eludo, *hec tua virga, hic baculus*
ipsa me consolata sunt; In baculo isto tran-
sivi Jordanem tot miseriarum, quas in de-
perditos mortales justissimè fulminabas. O
Anima mea! quantas pœnas, quot fulmina
in te ipsam cudebas, & adhuc cudis, dum in
via castitatis calcitrabas, plùs carnis volupta-
tes quàm suavissimas Castitatis delicias se-
cundo. Exerere exnunc omne carnale
illicium, arripe virgam, castiga corpus tuum

T 4

& in

& in servitutum redige, ne virga divina re-
 rectionis in te fulminetur; Subirasceat
 ipsi, ne Deum iratum experiri cogaris.

At? Quid hoc rei, Anima mea, an-
 nã, an virga divinã justitiã te à peccatis
 strahat? ubinam est amor tuus, quem in
 ctã professione contestabaris? plus fulmine
 cogant, quàm funiculi amoris trahant! Ab-
 hæc, O mi JESU, est fragilitas mea! Ab-
 va, adjuva miseriam meam; *seruus tuus*
ego: da mihi intellectum, ut agnoscam
 tum & conditionem meam. Te adjuvante
 evolabo ad usque sacratissimã Majestatis
 Thronum, ubi promam vota mea, quã
 stinxerunt labia mea, ibi celsior cunctis cogi-
 temnam quãvis intentata supplicia; Ab-
 tuus amor deducet me in viam mandatorum
 tuorum. Dignare, O mi JESU, dirigere me
 & nihil mihi deerit, tunc in loco pingui-
 mã pascuã collocabor, ubi confortem me
 eludendas minutissimas maculas, tunc con-
 vertetur anima mea, & super tristissimã
 mitas imperterritè deducetur. Insuper,
 nescio quã infernalium larvarum
 vellicantes corpusculum meum, & ad deum
 allicientes, actum agent, frustra tentabunt
 illuminabunt igniti amoris radij, larvas
 trahent & adeò roborabunt, ut, tamen
 medio umbrã mortis ambulavero, malis
 men non timeam, quoniam tu mecum
 Meum

Mecum ergò esto, & ne derelinquas me. Execror, abominor, abjuro omnes carnis blanditias, *servus tuus ero*, & serviam tibi ad ultimum usque vitæ halitum.

Fructus & proposita.

CRede, Anima religiosa, in hâc meditatione continuò tibi inculcatum esse: *Faciant aliena pericula cautum.* Vidisti, quàm lubrica sit hæc materia, quàm laureola virginitatis citò deperdita, & quàm sit difficilis ejusdem recuperatio; præcipuus igitur fructus tuus erit summa cautela, quàm ubique adhibebis, secùs omnium spiritualium operum jacturam passura. Emendatio Religiosi incontinentis & impuri tantum est miraculum, ut totus ejus effectus speciali divina gratiæ sit adscribendus, quia in animum impurum intrare nequeunt ea, quæ sunt Spiritus. Et quemadmodum castitas vigore suo intellectum referat & illuminat ad cognoscenda cœlestia, ita impudicitia eundem excæcat, & ad quævis spiritualia ineptum reddit. Subijce menti tuæ, quàm grave tibi sit dolores corporis aliasque afflictiones perpeti, & tamen quotiescunque vitio hoc te inquinas, gravissimis supplicijs spontè te subdis, æternum excrucienda. Momentaneum est quod delectat, æternum quod cruciat; si

ergò prudenter agere cupis, elige æternam
gaudere, & momentaneam voluptatem
seriò contemnere. Cave summo periculo
vel minimæ cogitationi aditum præbeas. Illud
mox cum adverteris excute, ne parva scintilla
magnum incendium suscitet. Recorre
re, quot myriades animarum propter unam
momentaneam delectationem infernalibus tormen-
tis fuerint addictæ, & cum neque tu sis secura,
nesciasque, quando Judex sit venturus
stude ita vivere, ut semper sis parata, semper
munda, semper oculis divinis beneplacita
perfecta.

DIES NONUS.

De voto obedientiæ.

MEDITATIO NONA.

PUNCTUM PRIMUM.

Considera, Anima Religiosa, obedientiam Dei filio tam esse congenitam, ut tota ejus vita fuerit continua obedientia. Potuisset quidem pro libitu sua cuncta disponere, utpote Dominus & Creator omnium, cujus voluntati nihil potest resistere, nihilominus tamen amore hujusmodi Omnipotentiam suam coërcuit quælibet

submit se non solùm gloriofissimæ suæ Genitrici ac S. Josepho, sed & inimicis suis, committendo se perversissimæ eorum voluntati & annuendo, ut traheretur ad tormenta, coronaretur spinis, crucifigeretur, morte ipsâ afficeretur. Intuere, mi Religiose, præclarissimum exemplar hoc, quod in monte Calvariæ tibi monstratum est, si enim Dei filius adeò in virtutem hanc exarserat, quanto id magis tibi incumbet, qui solenni voto ad eam es obligatus?

Confidera, veram obedientiam non in externâ duntaxat operis executione consistere, uti famuli sæculares Dominis suis obediunt, contenti, si, quod imperatum erat, præstiterunt, sed internæ quoque voluntatis suæ cum Superioris conformationem requiri, adeò, ut mandata ejus minimè examinantes, omninò & totaliter eidem se accommodent, in hoc solo gaudentes, si, quod imperatum fuerat, ad amissim Dei amore executi fuerint, & hæc est illa vera, perfecta & cæca obedientia tantoperè à spiritualis vitæ Magistris commendata.

Confidera votum obedientiæ reliquis duobus longè præstantius esse. Paupertate quippe offeruntur Deo temporalia & transitoria. Castitate carnis mortificatio, bona sensualia, & omnia illa, quæ boni alicujus titulum & speciem præse ferunt, re ipsâ autem bona

bona non sunt. Obedientia verò offerre Deo pars nobilissima, quæ est voluntas propria, omnium aliarum potentiarum Regni quâ solâ quis Dominus constituitur, & quæ solam Deo hominis potestati permittit; unde offeruntur Deo omnia bona interna, propria libertas, & consequenter id, quod homini gratissimum esse potest. Quàm ergo desideramus, placiturum Deo hominem illum, quæ tantis oblati Creatori suo occurrit?

AFFECTUS.

Nunc enim verò, O Redemptor benignissime, adest tempus tantopere exoptatum, quo tibi gratificari, & que perfectissimè imitari possum. Fiat ergo Spiritus tuus duplex in me, accende in me fervorem illum, illam reverentiam, quam æterno Patri tuo detulisti. Tu obediens usque ad mortem, nulla tormenta, nulla calumniæ, nullum odium impedire te potuit, quo intermitteres divinæ voluntati firmissimè obsecundare; hoc unicum & solus solatium tuum erat, semper in his esse, quæ Patri tui erant. O exemplar vivum, & prototypon absolutum, quo omnes Religiosi si discant, Superiorum suorum voluntates exequi. Juravi, & statui Domine Deus meus, non meam, sed tuam voluntatem

adimplere; iterum renovo, iterum juro, statuo & polliceor, in verâ, sanctâ, cœcâ, & perfectâ obedientiâ te Magistrum meum sequi; offero iterum propriam libertatem, abnego proprium iudicium, amplector mentem & voluntatem eorum, quos tui loco constituisti, hi in sagittam mihi erunt positi, hi meta & finis, quo omnis voluntas mea colimabit. Reclamet caro, insultet amor proprius, retardent sensualitates, instent nescio quæ molestiæ, non evincant, ut me separem à Deo meo, & vel hilum superioribus contradicam, aut eorum præceptis obganniam; agam post hac & vivam secundum exemplar, quod tu, mi JESU, in maximis afflictionibus demonstraisti. Advocatus mihi esto, O mi JESU! & meo nomine annuntia æterno Patri tuo: *Non quod ego sed quod tu vis, non mea sed tua voluntas fiat.* O Clementissime Pater. Hoc O mi JESU in medijs adversitatibus tecum clamabo, hoc erit scutum, hoc arma, hoc præsidium meum. Velle meum sit velle tuum & superiorum meorum. Te stem tibi sisto Sanctissimum Nutritium tuum, cum quo animitus exclamo: *Utinam adimpleam voluntatem*

DEI!

Fru-

Fructus & proposita.

Cresces summoperè in statuto propo-
 to votum tuum exactè servandi
 consideraveris, Anima Religiosa
 ipso adimplere te voluntatem Dei,
 jussa superiorum exequaris; hic ergò
 & solus finis tuus esto; nec dubites,
 gratissimum Deo opus præstiteris.
 enim gloriosissimum Patriarcham Abra-
 ham adeò Orbi celebrem fecit, atque ad
 tam Sanctitatem perduxit, quàm Sancta
 cœca ejus obedientia, cujus amore de
 suâ egrediebatur, domumque paternam
 linquebat, imò, quod totus Mundus
 admiretur, non recusabat, audito divini
 præcepto, unicum filium suum immole-
 mox, nihil reclamans, nec in lamenta
 tus ad montem pergens, innocentem
 lem, tantopere à se amatam, sacrificatum
 quo facto adeò sibi Deum devicit, ut
 juramento omnia fausta eidem promissu-
 Gen. 22. Per memetipsum juravi, quia fecisti hanc
 16. & non pepercisti filio tuo unigenito
 me, benedicam tibi, & multiplicabo semen
 tuum sicut stellas Cœli, & velut arenam,
 est in littore maris, possidebit semen tuum
 tas inimicorum suorum & benedicentur in
 mine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti
 mea. — Isaac quoque pientissimi parentis

tissima soboles suos successus non alij adme-
 tiri poterat, quàm promptæ suæ obedientiæ,
 qua genitori sese immolandum submisit. Et
 minor sit Religiosus, qui totum se Deo im-
 molat, quævis gravia pro ejus amore sufferre
 paratus? Scias, mi Religiose, à multis plùs
 estimari obedientiam à Religiosis præstitam,
 quàm illam ab Abrahamo, hic enim præce-
 pro divino urgebatur, Religiosus verò nullo
 mandato obstrictus spontè & ultro charissi-
 mum suum unigenitum, intellige propriam
 voluntatem, Deo sacrificat. Patribus spiri-
 tualibus votum hoc obedientiæ est vestimen-
 tum, quo totus Religiosus, tanquam corpus
 vestitu, tegitur, nihil admittens: nisi, quod
 Superiores constituerint. Est vestis subtilis,
 omnia etiam minima quæque voluntati Su-
 periorum repugnantia excludens; subtilis
 est & tam proficua, ut non solùm bona quæ-
 rat, sed etiam, quæ secundum se bona non
 sunt, elevet, ut bona faciat, dum Regulis &
 Constitutionibus conformat; subtilis est, si-
 lo subtilissimo divinæ voluntatis contexta,
 qua subtili veste indutos credimus Religio-
 sos illos, de quibus refert Cassianus, in obe-
 dientiâ fuisse tam teneros & delicatos, ut sine *Lect. 4.*
 præcitu & licentiâ Superiorum non solùm *de Inst.*
 non cellâ progredi, sed ne ipsi communi ne- *cap. 10.*
 cessitati satisfacere propriâ auctoritate fue-
 rint ausi. *Tantâ observantiâ obedientiæ re-*
gula

gula custoditur, ut juniores absque Præcepti
licentiâ vel permissu non solum non auctori-
cellâ progredi, sed ne ipsi quidem communi
naturali necessitati satisfacere suâ auctoritate
presumant. Hæc est perfecta obedientia
hanc studiose observa, & Deo placebit
Religiose.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA, Anima religiosa, ut per
ctè, faciliter & fructuosè obedire
non habendum esse respectum
personam superioris imperantis, sed ad pe-
sonam Christi per os superioris præcipientis
unde necessariò resultabat, eo ipso, quod
famula Christi, omninò tibi incumbere
secteris vestigia ejus, eique promptè obedire
cùm hic ipse tuus Dominus de cælo descen-
derit, non ut faceret voluntatem suam,
ejus, qui misit, videlicet Patris, quam pater
de voluntatem adeò coluerat, ut ab eodem
quam necessario alimento, dependere
Jo. 4. *bus meus est, quemadmodum ipse mecum*
34. *protestabatur, ut faciam voluntatem Patris*
mei, cibo hoc nutriebatur, crescebat & con-
stentabatur.

Considera, non solum Religionem
stentari obedientiâ, tanquam suo communi
rali cibo, sed & Religionem per hanc

obedientiam manu teneri, unde Religiosus, non promptè obediens, evertit Religionem, seque ipsum morti tradit. Vitæ spiritualis Magistris placuit, eam titulo filiaë humilitatis insignire, ubi enim deest humilitas, ibi & obedientia friget; nec est possibile ut vel initium, vel ullus gradus ad perfectionem fieri possit, si humilitas non fuerit in pretio, quæ mater est & fundamentum perfectionis: quantò igitur quis fuerit humilior, tanto erit adobediendum promptior.

AFFECTUS.

Quàm inanes sunt sæpe numero miserissimi Religiosi in cogitationibus suis! student, laborant, adnituntur quandoque die noctuque, quo Superiorum mandata eludere, & ea, quæ carnaliter desiderant, aucupari possint. *O insensati homunciones! quis vos adeò fascinavit non obedire veritati, Gal. 3. 1.* ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus? Vos ipsos decipitis & in barathrum æternæ damnationis præcipitatis, non enim homines, sed Deum ludibrio habetis. O miseros vos, qui personam intuemini, nihil de Deo cogitantes, cujus vices gerunt Superiores; Væ vobis, cum severus Iudex machinationibus, dolis & astutijs vestris larvam detraxerit, toti Orbi palàm facturus,

V

cturus,

sturus, quàm vos ipsos turpiter decepti
viam aliam quàm sanctæ obedientiæ
stendo, cum tamen per eam facillimè
lestia devenire potuissetis. O Anima
quid tergiversaris voluntatem tuam
simè Superiori submittere? cur te
legitimæ potestati, cum per eam Deus
loquatur? Revertere, revertere animi
besce & confundere de diabolica propo-
dicij tenacitate. O quàm pleno curam
perditionem properabas, dum Superiori
præceptis resistebas! Crede, & profunde
mo tuo imprime, quamdiu te non per-
subjeceris, Superiorumque iussa exanimè
non destiteris, tamdiu in viâ æternæ dam-
tionis te constitutam esse. Conformare
voluntatem menti & voluntati Superiori
ut per eam conformis fias divinæ, quæ
ma Regula, ad quam omnes voluntates
manæ regulari debent.

Fructus & proposita

Punctum hoc suppeditat tibi, Anima
ligiosa, modum & formam vera
dientiæ; primò enim debet esse
dida, simplex & sincera, id est, sine spe
butionis, cum magnâ reverentiâ, submis-
sione & humilitate, absque ut quidquam
tribunal tui iudicij revoces, an, quod

atum est, sit rationabile an irrationabile, an honorificum an abjectum &c. uno verbo: intentionem Superiorum minimè discutendo. Et hæc est obedientia fructuosa & memoriosa, à Patribus cœca nuncupata. Secundò debet esse cordialis, amorosa & pacifica, hoc est, ut obediatur toto cordis affectu, quiete internâ & amore, cum hilaritate, sine tristitiâ, sine amaritudine, & hæc propriè vocatur obedientia voluntaria. Tertiò debet esse universalis, ist est, tam debes obedire in illis, quæ sunt difficilia, & naturæ ac voluntati tuæ contraria, quàm in ijs, quæ gustui tuo arident. Quartò debet esse pura, hoc est, solum ut Deo placeas non verò hominibus. Ex his fructus abunde patet, nempe serius conatus hos obedientiæ gradus obtinendi. Potissimum cave, ne unquam Superiorem tuum judices, *Nescit enim dijudicare, quis- In 1. Reg. que perfecte didicit obedire*, inquit S. Gregorius Papa. Tum solerter intende, ut per omnia Deo placeas, omnem obedientiam hominibus præstiram ad ipsum referendo, quod paternè consuluit S. Paulus ad Colossen. 3. *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Jesu Christi, facientes voluntatem Dei ex animo.*

* * *

V 2

PUN-

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, perfecti obedientis de omnibus, quæ vel Regula, vel superiores præcipiunt, indifferenter obtemperare, qui enim in uno fuerit inobediens, in aliis omnibus perfectus dici nequit; habentque tales, quibus timere debent, ne Deus graviter in eos advertat, utpotè in perversissimos voti imperatores. Cum votum obedientie suscepisti, Anima Religiosa, nihil prolixius præcipisti, sed generatim te obligabas ad omnia, quæ jusserit Superior, ergò & in omnibus illis obedire. S. Basilius veros obedientis

Regula parvulis assimilat: Veri obedientis similes parvulis; quemadmodum enim cum parvulis pro libitu agitur, ita & veri obedientis

1. 66. omnibus committunt se liberrimæ Superiorum dispositioni, & de his Christum Dominum dixisse suspicor: finite parvulis venite ad me, talium est enim regnum caelorum; & talium quippè est, plurimum placere Deo. Religiosos illos, qui, vel nutu Superioris, vel ad pulsum campanulæ mox omnibus vocatis, modestè festinant ad ea, ad quæ vocatos advertunt.

Marc. 10. 14. ad me, talium est enim regnum caelorum; & talium quippè est, plurimum placere Deo. Religiosos illos, qui, vel nutu Superioris, vel ad pulsum campanulæ mox omnibus vocatis, modestè festinant ad ea, ad quæ vocatos advertunt.

tum quippè est, plurimum placere Deo. Religiosos illos, qui, vel nutu Superioris, vel ad pulsum campanulæ mox omnibus vocatis, modestè festinant ad ea, ad quæ vocatos advertunt.

ctis, modestè festinant ad ea, ad quæ vocatos advertunt.

vocatos advertunt.

* *

* *

*

AFFECTUS.

SI Religiosos parvulos cupis, O mi JESU!
 si Regnum cœlorum occludis omnibus,
 qui in suis cogitationibus non fuerint
 parvuli, quid de me erit? Ah, quàm Sanctis-
 simæ Matris obedientiæ eram degener sobo-
 les! Astra conscendi pertinaci judicio meo,
 disculsi Superiorum mandata, murmura vi,
 contempsi, restiti. Ah miserum me! Astra
 conscendi & oclusi, æternæ damnationis
 propinquissimus hæres. O Anima mea,
 quas excusationes prætendes? quam ratio-
 nem afferes, qua culpam tuam imminuas?
 Nulla, eheu! patent effugia; cur, obsecro,
 O mi JESU, servum tam refractarium tanto
 tempore tam benignè, tam patienter tolera-
 bas? Ejecisti Angelos è cœlo, exturbasti A-
 damum è Paradiso, & me plus his frequen-
 tibus inobedientem inter sacratissima Mona-
 sterij septa sustines? Vocasti & renui; cla-
 masti & non audiui; omne consilium tuum *Prov. 1.*
 despexi; & cur me non projecisti à facie tuâ,
 ut in interitu meo rideres? Ah! hæc tua
 bonitas est, O mi JESU, hæc infinita tua mise-
 ricordia, hæc potentissima manus tua, quam
 erga miserrimos peccatores toties extendis.
 Ad hanc ergò confugio, hanc aspicio, hanc
 exosculor & amplector, hac securus ibo; lo-
 quere deinceps mi Domine, quia audiet ser-
 vus

S. Aug. tus tuus, loquere per Superiores, da quod lo-
 bes, & jube quod vis, & dabis libenter loquens
 tu enim rupisti nunc surditatem meam, cor-
 ruscasti, splenduidisti & fugasti coecitatem
 meam, fragrasti, & duxi spiritum, & asseruisti
 tibi. Tibi, mi JESU, me subijcio; Tibi in Su-
 perioribus meis committo corpus, animam
 & omnia mea. Doleo ex toto corde de om-
 nibus etiam minimis inobedientijs meis, &
 unum suspiro & desidero, ut defectus meos
 ignoscas, & in gratiam me recipias, Deus
 meus!

Fructus & proposita.

SI meditationem hanc fructuose perpe-
 deris, summum tuum studium erit, ut
 differenter, exactâ promptitudine &
 cordis tranquillitate, omnia peragendis
 ponderabis an placeat, an verò dispo-
 genio tuo quod imperatur, semper cogitabis
 plus eum promereri, qui in sibi contra-
 obedit, quàm qui in acceptis, plus, qui in
 jectis quàm qui in honorificis; quo enim
 difficultas fuerit major, eo victoria erit glorio-
 sior, & consequenter remuneratio amplior.
 cum *difficultas operis augeat meritum.* Verò
 rus obediens non respicit ea, quæ jubentur
 sed in illum mentis aciem stringit, qui pro-
 cipit, nempè Deum; quod dudum S. Bernar-
 dus affert, *obediens* *sed ad* *liberali-*
rans, in *ma dev-*
tes esse *Si mili-*
trucule *phus re-*
pedita *riperi-*
ssimâ *ritus S.*
diens lo- *notissim-*
quit, & *vita no-*
mansio- *adverte-*
humili-
insinua-
tuali e-
posse, *uno eq-*
commo-
in vitâ *solam h-*
facilius *cientia*

dus affectis suis inculcavit, dicens: *Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, sed ad omne, quod injungitur, spontaneo vigore, liberalis alacrisque animi modum non considerans, in infinitum fertur.* Non ignoras, Anima devota, omnes homines in hac vitâ milites esse, *militia est vita hominis super terram.* Si militia est, necessaria erunt arma, quibus truculenti hostes reprimi, optatusque triumphus reportari queat, hæc autem arma supeditat obedientia, quæ si cordato animo arripuerimus, non est, cur de certâ, & gloriosissimâ victoriâ dubitemus, cum eandem Spiritus S. indubitâ promiserit: *Vir obediens loquetur victorias.* S. Dorotheus devotissimè de hac re discurret: *Humilitas, inquit, & obedientia sunt velut duo agiles equi, vita nostra currum trahentes, & in coelestes mansiones sine labore portantes.* Ubi signatè advertendum, quòd duos equos adducat, humilitatem videlicet & obedientiam; vult insinuare devotissimus & in palæstrâ spirituali exercitatissimus pugil, fieri quidem posse, ut, quemadmodum currus subinde uno equo trahitur, difficiliùs tamen & incommodiùs, quàm si duo adhibeantur; ita in vitâ spirituali, posito quod quispiam per solam humilitatem salvetur, id tamen longè facilius futurum, si alter equus, hoc est, obedientia concurrat: *Nam sicut currus, pergit*

Prov. 21. v. 28.

prælibatus Doctor, uno equo non satis commo-
 de trahitur, sed duobus commodissime
 ita vehiculum spiritualis conversationis
 virtutibus, humilitate & obedientiâ, simili
 difficultate portatur. Capesse hanc obedi-
 nam, Anima religiosa, & utrique equo com-
 parando diligentissimè invigila; stude hu-
 militati, elige abjecta esse, delectare in-
 miliationibus, te ipsam contemne, & quare
 ab alijs vilipendi, sed & obedientiam anno-
 tito, abnega proprium iudicium, submitte
 te directioni Superiorum, perage promptè
 alacriter & indifferenter omnia, quæcumque
 mandaverint, nec dubita, quin utroque hoc
 adminiculo suffulta facillimè ad gratiam
 æterna sis evolutura, ubi sine fine
 Deo tuo frui possis.

* *



DIES DECIMUS.

De nonnullis virtutibus ad consequendam religiosam perfectionem necessarijs.

MEDITATIO PRIMA: PUNCTUM PRIMUM.

Considera, Anima religiosa, inter omnes virtutes, quæ in Religioso cluere debent, pulcherrimam & maximè necessariam esse humilitatem, utpote fundamentum totius spiritualis ædificij. In hoc tamen plurimi halucinantur, qui frequentissimè sibi persuadent, actiones suas solidò huic fundamento firmiter inniti, nescio quæ abjecta de se ipsis effutiendo, re ipsâ tamen minimè humiles; fatentur quidem se peccatores, imperfectos, & omni castigatione dignos esse, sed, agedum, tu vel alius quispiam hæc eadem de ipsis loquere, & videbis, quàm palliata fuerit eorum humilitas; lamentabuntur, commovebuntur, plangent & irritabuntur, tales humilitatem habent iniquâ, in corde verò superbiam & vanam gloriam nutriunt. Verus humilis omnes alios pluris quàm se ipsum æstimat. Gaudet cum contemnitur, talique contemptu dignissi-

gnissimum se reputat. Crede infallibiliter, eum nunquam verâ humilitate positurum, qui injurijs ad eum commoveretur, ut pacem internam amittat. Humilitas mater est & interna quietis, nulla ibi jurgia, nulla violentia, nulla seditio ubi regnat humilitas, ergo contrarium in te adverteris, certa est. Anima religiosa, veram humilitatem se possidere. Humilitate Sancti Angeli mansiones stabiliverunt; ubi Luciferum superbia exturbavit: in cœlum non ascenditur nisi in terris descendendo; quoque cœlicolas colimus, omnes in suum nihilum descenderunt, priusquam aethereis zœlis inferebantur; despiciebantur in Mundo, in cœlis gloriosè triumphant.

Considera, Religiosum vi sui status alijs ad virtutis hujus custodiam obligatum esse, cum enim specialiter Deo sit addictus specialiter quoque & quàm maxime Dominum sui vestigijs insistere debet; Christus Dominus per omnia humilis erat. Natus est humilis, pauperrimus & ab omnibus relictus in abjectissimo stabulo, reconditus in præsepio, & ut totam ejus vitam, patris constringam, *humiliavit se usque ad mortem*

Philipp. unde & tu mi Religiose in omnibus usque
e. 8. ad mortem humiliare te
debés.

AFFECTUS.

O Mater amabilissima! O humilitas cæterarum omnium virtutum gemma pretiosissima! Quis det mihi, ut filijs tuis annumerari valeam? Ah! ecce me, Deus meus, toto cordis affectu ad hanc virtutem aspirantem. Audio, O mi JESU benignissime! audio te aures meas gratiosè vellitantem, & paternè admonentem, sortem hanc in manibus meis esse, per me stare, antam gloriosæ matris soboles effici cupiam, unicum cordiale velle requiri cum irrefragabili proposito & generoso omnium dignitatum ac honorum contemptu, ac satiore. Quid hoc, O mi JESU, thesaurus tam incomparabilis pretiolo tam exiguo possideri possit? Ecce me totum quantum in virtutem hanc absorptum; abite honores, facessite dignitates, abeste respectus, desidero nunc ex toto corde ab omnibus vilipendi, omnibus postponi, nihil prorsus æstimari: *Elego abjectus esse in domo Dei mei.* Non quero nec affecto ab alijs honorari, sed potius tamquam omni honore indignissimus omnium pedibus lubens & gaudens me subterno, & tui amore ab omnibus despici cupio. Outinam toti Orbi paterent miseriam, peccata & defectus mei, ut ab omnibus vilipenderer, projicerer, desererem.

Quò

Quò audaciæ prorupisti, Anima mea, dum vel uni te anteponeere contendisti? An obliviscebarris, te in conspectu Dei tui cognoscentis versari, tuamque miseratissimè perspectam esse? In Deo sunt omnia bona, in te omnes miseriæ, agnosce, O anima mea! agnosce in tanta Majestatis presentia vilitatem tuam, & ut perfectius agnoscas, clama cum devotissimâ & humillimâ animâ illâ: *Noverim te, noverim me, quoniam in te sunt omnia bona, & ex me nihil sum.*

Fructus & proposita.

Cum humilitas virtutem omnium fundamentum, atque adeo sine qua omnes aliæ in ventos diffuant, prout eruditè observavit S. Gregorius Papa, *In Ev- ang. hom. 21.* *Hæc est fundamentum aliarum virtutum, quâ, qui virtutes congregat, quasi in rotam pulverem portat: necessarium erit, Religiosa, ut hæc ipsa sit tua inviolabilis domus & magistra. Et cum plurimarum religiosarum animarum desideria in hanc virtutem tendant, operæ pretium erit, producendo fructu genuina humilitatis signa adducere: Primum ergo est, cognoscere deum, neminem vel minimum quid potest ipsum posse, sed omnia à Deo pendere.*

sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, 2. Cor. quasi ex nobis. Item: substantia mea tamquam 3. nihilum ante te. Secundum est, magna diffidentia de seipso, totaque & summa fiducia in Deo. Tertium parcitas in loquendo, ita quidem, ut si loquendum sit, id fiat cum summo terrore, ne erret, & cum debita verecundia ne se extollere videatur. Quartum humiliter & patienter accipere correctiones & admonitiones. Quintum, frequens conversatio cum humilibus & simplicibus: cum Prov. 3. simplicibus sermocinatio ejus. Sextum, si nullum contempnas, omnes magni aestimes, de omnibus bonam opinionem habeas, aliorum defectus excuses, tuos libenter confitearis, de omnibus bene loquaris, cum omnibus suaviter & affabiliter, debitoque honore converferis, quæ signa si possederis, Anima religiosa, gratias age Deo, & strenuè perge; sin, omnes artes advoca, ut ea tibi compares, minime dubia, quin per ea ad veram sanctitatem & perfectionem sis deventura, ac tandem Paradiso humilium habitaculo potitura.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONsidera, Anima religiosa, alterum tuum fulcrum æque necessarium esse, nempe Patientiam. Quid est tota vita

vita humana, nisi ergastulum plenum angustijs & miserijs, ubi quotidianæ & innumerabiles occasiones sese in patientiâ exercendi occurrunt? unde nullus prorsus homo à crucibus liber est, sed omnibus *patientia valdè est necessaria*, quâ tanquam saccharo omne amarum condulcoretur, nec fieri potest, ut, quantumcunque quis conetur, tribulationes effugiamus, & tamen eas fugiamus, ipsæ tamen non recedent à nobis, ut adeò melius sit, patienter eas amplecti & supportare, secus gravissimæ & intolerabiles nobis accident, & tanta sustinere cogemur.

Considera, si omnibus incumbat, ut crucem cum patientiâ portent, longè majore titulo obligatum esse Religiosum, qui in Gymnasio Patientiæ inseri voluit, ubi ab optimo hujus Palæstræ Magistro non alia lectio prælegitur, quàm: *Qui vult venire post me, qui meus Discipulus esse satagit, tollat crucem suam, & sequatur me.* Ineptus & infidelis omnis Religiosus, qui in adversitatibus impatiens est, quid enim vita religiosa est, quàm continuum patientiæ exercitium? Reliquisti Mundum, mi Religiose, contempsisti ejus divitias & voluptates, honores contempsisti, omnibus illecebris valedixisti, & perfectiùs Redemptorem tuum sequi persequeris, quo facto, nihil aliud elegisti, quàm periculis commoditatibus, ab alijs contemni, carere.

mortificare & abjectus esse in domo Dei. Cur ergo conquereris, aut fræna laxas impatientiæ, si horum aliquid contigerit? cur ingemiscis sub onere tam pretioso, quod ipsemet humeris tuis imposuisti? Crede, quidquid adversi contigerit, ideo tibi grave esse, quia bonum ejus non consideras, & quia pati refugis; si cogitares, & in tuis tribulationibus frequenter te cum S. Bernardo interrogares: *Ad quid venisti?* Omnis trubulatio levis tibi foret, quia deprehenderes, id tibi contigisse, quod volebas, & quod voluntariè suscipiebas. O quantâ tranquillitate & patientiâ Magister tuus Dominus Jesus Christus sustinuit approbria, persecutiones, dolores, & ipsammet amarissimam mortem! in ipsa cruce pendulus, gravissimis licet doloribus excruciat, nihilominus tamen ab hac unâ & solâ patientiâ dulcissimum nectar sibi elicuit, & summopere confortabatur. Cave ergo, mi Religiose, degener esse discipulus, quin potius arripe & tu hanc patientiam, ut in valle miseriarum conforteris & roboreris.

AFFECTUS.

O Crucifixe Jesu! O solamen mœrentis animæ! Tu tanta pro me passus es, Agnus innocentissimus, & ego peccator maximus pati refugiam? Fugi, Ah! fugi

fugi perfidus & procax discipulus tuus, de hoc, quia oculos averti à te dulcissimo Magistro meo. Doleo, O mi JESU, & dolerem satis; *ne avertas faciem tuam*, ego sane oculos meos nunquam avertam à te; Tu mihi eris prototypus, & de omnia mea efformare discam. Ingruunt tribulationes, armentur contra me omnia miseria; omnia respuo, omnia tui amplector, quia tu prior longè graviora me sustinuisti. Robora O mi JESU, hunc meum, accende fervorem, *menta, sed auge quoque patientiam.* O felix essem, si mortem pro te oppetere tra me, ut amorem meum ostendere nunquam enim, tuâ gratiâ opitulante, separari poterò.

Fructus & proposita.

B Onum est, mi Religiose, si tam affectus in corde tuo foveas, quibus tuis nimium fidas, quacunque etiam minimâ adversitate gruente, ad crucifixum tuum in sacratissima ejus vulnera te recondita plora continuo divinam assistentiam dentissimis jaculatorijs in auxilium advoca: *Gratias tibi O mi JESU, quod*

me, certus ex hoc, quod ames me; tui amore
 paratus sum nescio quas adversitates tolerare,
 modo in ipsam etiam acerbissimam mortem ire;
 sed, O mi Jesu, non sum fortior, nec ferventior
 quam Sanctissimus Apostolus tuus Petrus, tu
 scis infirmitatem meam; Adolescentulus sum
 ego, roboram me & succurre mihi, ut crescam in
 virum perfectum, suppedita scutum & arma
 patientia, quò generosâ constantiâ devincam o-
 mnes adversarios meos. Tuns sum ego, sal-
 vum me fac Deus meus; si tu pro me, quis con-
 tra me? si tu illuminas & salvas me, quem ti-
 mebo? a quo trepidabo? Auge O mi Jesu gra-
 tiam, auge patientiam; & cujusvis manus pu-
 get contra me, non timebo mala, quoniam tu
 mecum es. Mirum sanè est, Anima religio-
 sa, quod multi reperiantur, qui in seipfos
 sunt valde austeri, gestant cilicia, infligunt
 sibi disciplinas, rigorosè jejunt & hæc o-
 mnia patienter sustinent, si verò ab alijs vel
 verbulum mordax, aut aliud inconueniens
 inferatur, totus fervor levissimâ hac tribula-
 tionis guttulâ extinguitur, exardescunt in
 iras, iras, iras, perturbationes, & horrendum in-
 dignantur. Noverint isti, plus placere Deo
 vel unicum verbulum patienter toleratum,
 aliæque mortificationes ratione statûs oc-
 currentes, quàm omnes aliæ afflictiones
 spontè susceptæ, cum in his plus serviatur
 propriæ voluntati quàm Deo, magisque mo-
 veantur

veantur amore proprio quàm Dei; quam non negaverim, plurimum conducunt mortificationes voluntarias ad debellandos hostes animæ.

Pro coronide hanc Maximam capellæ, Anima Religiosa; Inprime cordi tuo reum illud Spiritus S. Amuletum: *16. 32. est patiens viro forti.* Audiant hoc impatientes, inquit S. Gregorius Papa. *P. 3. Minor enim victoria est, si urbes expugnentur, quia extant sunt quæ subiguntur; valde autem magis quod per patientiam vincitur, quia ipse animus superatur, & semetipsum sibi ipsi compellit.* Audiant impatientes, quod dicit suis veritas dicit: *In patientiâ vestrâ possiditis animas vestras, quia nihil æque forte est, quæ patientia; patiens enim nihil grave, & molestum à quoquam pati potest, est eundem cundum animam impatientis.* Hanc autem patientiam nullus se consecuturum credat, nisi plurimis tribulationibus fuerit agitata, cum patientia à patiando nomen sortitur. *Ad Rom. 5. Scientes, inquit S. Paulus, quod tribulatio patientiam operatur, & Abbas Piamon collat. 18. c. 13. nec laudabilis, nec admiranda est patientia, si nullis inimicorum telis impetata tranquillitatis propositum retentaret, sed veritas est præclara atque gloriosa, quod irruentibus se tentationum procellis immobilis persistat.*

Nam in quo vexari frangique adversitatibus creditur, in eo potius roboratur; & in eo magis acuitur in quo putatur obtundi. A passionibus enim & sustentatione patientiam dici nullus ignorat, ideoque constat, patientem pronuntiarineminem posse, nisi eum, qui universa, quae sibi fuerint irrogata, absque indignatione toleraverit. Et ideo non immerito à Salomone laudatur: *Melior vir patiens viro forti, l. c.* Qui continet iram capiente urbem. Virtus haec genuinos Dei ministros demonstrat, nec servi Dei nomen meretur, qui patientiam à se excusserit: *In omnibus exhibeamus nos- 2. Cor. 12.* metipsos sicut Dei ministros, in multâ patientiâ, in tribulationibus &c. & hoc cum gustu & letitiâ quadam interiori, qualem expertus est S. Paulus: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. 2. Cor. 12. 9.* In his tamquam in placidissimo lectulo quieverat Sanctissimus Apostolus, patientia enim juxta doctrinam S. Bonaventurae est lectulus quietis, & quidem inter lectulos justae animae, quorum tres assignat, primum sibi vendicat patientia: *Primus Dom. 18. post Pent. Serm. 3.* est lectus patientiae. De hoc & tu sollicitus esto mi Religiose, si tum in hac, tum in alterâ vita placidè indormire cupis. Supporta patienter quidquid adversi contingere potest, affige omnia sanctissimæ cruci Redemptoris tui, & tamen si tristis sit anima tua usque ad mortem, nunquam tamen ab ore tuo separet

Sanctissimum illud : *veruntamen non mea sed tua voluntas fiat* O JESU ! Cogita, totum esse leve tribulationis nostræ ; forte hinc rã erit finis, ne ergò tam tepidus sis, quàm horulam pati refugias.

PUNCTUM TERTIUM.

Vidisti, Anima Religiosa, numerosas pulcherrimarum virtutum congeries considera nunc, omnes suum splendorem & pulchritudinem amittere, si non fuerint condecoratæ omnium præstantissimâ perseverantiâ. Hæc tam omnibus est necessaria, ut reliquæ sine hac virtutes esse desinant. Præclarus est amor erga Deum & proximum præcellentes sunt humilitas, obedientia, mansuetudo, patientia &c. si tamen non fuerint unitæ cum virtute perseverantiæ, nihil tibi profunt, hæc sola tum sibi, tum omnibus aliis

Matth. cœlestem coronam vendicat : Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Unde desumes, parum profuturum Religioso, longo annorum curriculo in Religione vixisse, variasque virtutes comparasse, si in fine tepuerit, & à servitio divino manum retraxerit. Omnia spiritualia exercitia in ventos abeunt & disperguntur, si virtus perseverantiæ fuerint destituta ; quid enim Juda profuit, in Scholam Christi fuisse sumptu-

sumptum, Apostolorum Collegio annu-
 ratum, & secundum plurimos Doctores, vir-
 tute divinâ adeò præventum fuisse, ut da-
 monia ejecerit? Nihil prorsus, nisi ad mayo-
 rem damnationem, & hoc ex defectu perse-
 verantiæ. Non benè cæpisse sed benè finiisse
 laudabile est. Omni ad frugem redeunti
 & de vitæ emendatione cogitanti primariò
 inculcatur: *In fine ne corrumpas.* Exem-
 plum desumitur ab absolutissimo virtutum o-
 mnium exemplari Christo JESU benedicto
 Redemptore nostro, hic vix natus pati cœpit
 pro miseris peccatoribus, & perseveravit us-
 que ad mortem, crucem ipsam amore nostri
 amplexatus. Provocabatur quidem à Ju-
 dzis, ut à cœptis desisteret, & de cruce de-
 scenderet; sed frustra, præoptans omnium
 ludibrio exponi quàm perseverantiæ jactu-
 ram facere, clarè demonstrans, quàm necessè
 sit, in bono perseverare, cum ille, qui *mittit*
manum ad aratrum, id est, qui cœpit reli-
giöse vivere, & respicit retrò, non perseverat in
servitio divino, non sit aptus regno Dei, sed so-
lum saluus sit, qui perseveraverit.

AFFECTUS.

EXulta Anima mea, resolvere in infinitas
 gratiarum actiones, quod benignissi-
 mus Deus tuus tanto favore te præve-
 nerit,

X 3

nèrit,

nerit, ut è tot millionibus animarum ad beatissimum suum servitium te indignissimum selegerit. At! quid benè cœpisse, quod laudabiliter longo tempore progressum esse juvabit, si finis non responderit? si corpus salva esse, Anima mea, usque in finem perseverare debes. Ah! in finem usque, O Deus! usque ad ultimum vitæ halitum! Sensualitates meæ reclamant, deterret infirmitas mea! Spiritus quidem promptus est. O mi JESU! caro autem infirma; Tu ergo adjuva infirmitatem meam, tuum est, tu docet, tu juvas, tu perducis ad optatum finem, ad igitur confugio, tibi totam me committo, ut constantem me teneas, humillimè effragato. Ah mi JESU benignissime, *Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. In te posita est tota spes mea, fiducia mea, consolatio mea. Adjuva me, ne unquam obdormiam in morte. Fac, ut in tuo servitio vivam & perseverem usque ad mortem, inveniarque in tuo divino obsequio stans.*

Fructus & proposita.

FRUCTUS ex toto hoc decendiali fecerit colligendus in summam redigitur à Paulo Apostolo, dum Galatas suorum iugo servitutis in libertatem Christi vindicant.

tos paternè admonet dicens: *State, & nolite
 iterum iugo servitutis contineri, & paulò post: Gal. 5.
 utinam abscindantur, qui vos conturbant; vos 1. 12.
 enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm
 ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per
 charitatem Spiritus servite invicem.* Deplo-
 randum sanè est, videre tot Religiosos, qui
 tanto affectu ad hunc statum anhelarunt, tot
 media inquisierunt, tam instanter Superiores
 sollicitaverunt, ut tandem admissi Deo fa-
 mulari possent, postea verò, vix quibusdam
 elapsis annis, adèò intepescunt, ut, neglectis
 virtutum exercitijs, totos se carnis libertati
 tradant. Noverint isti, & aureum dictum
 S. Hieronymi probè menti suæ imprimant:
*Non queruntur in Christianis initia, sed finis. Ep. 10.
 Non igitur, mi Religiose, respicere debes se- ad Tur.
 mitam, per quam incessisti, sed eam, quæ ad-
 hærestat: Amplius igitur debemus inspicere,
 quæ bona nondum fecimus, quàm ea, quæ jam L. 22.
 nos fecisse gaudemus, inquit S. Gregorius Pa- mor. 6.
 pa. Qui scopum perfectionis attingere sata- 5.
 git, obtutum suum in continuos progressus
 figere debet, quòd, ut fructu meliori fiat, con-
 sideret tot sanctissimorum Patrum ruinas,
 qui, tametsi in mortificationibus fuerint stu-
 pendi, & ipsas propè humanas vires supera-
 verint, nihilominus tamen perierunt, quia
 oculos ab eo, quod supererat, abstraxe-
 runt. Ponderavit miserabiles hos interitus*

S. Bernardus Abbas, & hos ipsos in calcearibus præstituit, quo indies ad perseverantiam majoresque in virtutibus progressus incitaretur, sibi met identidem inculcans: *Tanti*

De Passione. *Et tanti ceciderunt, quia non perseveraverunt usque in finem.* Hoc ipsum & tu facito anima religiosa, excita te continuo, sta in timore esto humilis, & cogita semper, te vocatum ad statum religiosum, tot periculis ereptum & in portum tranquillum collocatum esse, & semper magis magisque in verâ charitate erga Deum & proximum crescas, & in perfectione proficias, secus & Deum & te ipsam æternum perditura. *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit,* non bene coepisse sed bene finisse Paradisum comparat.

ANNOTATIONES.

Pro religiosis utriusque Sexus.

Meminerint Animæ religiosa, Originem vocationis non esse alium quam Deum, idque ex immensâ ejus bonitate & amore. Et sanè, si nostro, id est, humano more donum hoc metiri volerimus, dicere cogemur, animas ad hunc statum vocatas summo amore à Deo constringi, si enim iterata beneficia tanquam genuini amor tesseram suspicimus, amoremque tanto magis

orem credimus, quantò beneficia fuerint
potiora, maximus utique censebitur amor,
ubi potissima refulserint beneficia, potissima
autem, toto Orbe acclamante, conceduntur
animabus per donum vocationis, ergò &
amor erga illas maximus erit. Deus ad Scho-
lam suam eas vocavit, ut doctrinas cœlestes
addicerent, & prophanarum scientiarum
vanitatibus renuntiarent. Vocavit è Mun-
do, ut cœlestia cogitarent, non terrena.

Videt Deus animas in extremo pereun-
di periculo constitutas, easque tanquam na-
vicular in tempestuoso mari fluctuantes con-
siderans, benignus advolat ne submergantur,
atque hac suâ ad statum religiosum vocatio-
ne periculis ereptas ad portum deducit, ani-
mi sui pace & quiete fruituras. Quàm igitur
perversè agunt Religiosi illi, qui de statu
suo murmurantes parum æstimant in portu
tam quieto se contineri, cogitationibus &
operibus suis pleno cursu ad sæculum rever-
rentes?

Ereptus semel minacibus undis naufraga-
ri meretur, si denuò iisdem voluntariè se
involverit. Ita & Religiosus inimico hoc
sæculo liberatus, meritò à Deo deseritur, si
denuò respiciat; Habet profectò Anima re-
ligiosa, unde statum suum summoperè æsti-
met, suamque mansionem in Religione tan-
quam in Paradiso perenniter stabilire con-
tendat,

tendat, tota semper Deo addicta, nec de illo sollicita, nisi, ut Deo placeat, in quo sibi dulce levamen & beatam quietem inveniet.

O quàm felix est anima illa Religiosa, quæ suo statu est contenta! Hanc, hanc illam æstimo, & verè re ipsa talis est anima illa religiosa, quæ cellam suam ut cælum habet, cit, gaudetque intra cœnobij mœnia se reclusam esse. Verus & bonus Dei servus libertatem suam non amittit, cùm intra muros recondit, quantò enim corpus fuerit obstratius, tantò liberior est spiritus, angelicis sedibus sese immiscens; &, quem admodum S. Bernardus affirmat, à cellà ad cœlos evolans; quod, ut luculentiùs pateat, nonnullas annotationes proponam, quæ cuivis Religioso, statum suum tenaciùs disquisitione servire, suamque solitudinem relevare poterunt.

Annotatio I.

Nosse debes, anima religiosa, quòd dum à Deo ad statum religiosum, hoc est, quod idem est, ad viam perfectionis es vocata, prima & principalis tua cogitatio esse debeat, ut hanc ipsam perfectionem tuam quam scopum & ultimatam finem omnium actionum tuarum tibi præfigas, omnia tua hanc unam dirigendo. Quod ut facias

fat, sæpiùs recogitare debes, quare ad Religionem veneris, quemadmodum S. Bernardum fecisse constat, qui se ipsum sæpissimè alloquebatur: *Bernarde, Bernarde, ad quid venisti?* quod ipsum & S. Arsenio erat in more positum, ut adeò mirum non sit, unde tam citò ad tantam perfectionem devenierint. Hanc doctrinam docuerat etiam S. Augustinus, Religiosis suis paterne inclamans: *Cogitate fratres, ad quid venimus.* Cogitet Religiosus, se non venisse ad Religionem ut doctus fiat, non ut magnus Magister & Concionator; sed ut bonus Religiosus sit; ut discat abnegare propriam voluntatem; apprehendat modum, quo Mundus cum suis illecebris conculcandus & contemnendus; ut denique viam inveniat, qua ad perfectionem deducatur, crescat in virtutibus & ad sanctitatem deveniat. In extremo iudicij die justus Judex non quæret à Religioso, an fuerit doctus, an magnus Magister, an præcellens Concionator, sed an fuerit bonus Religiosus, humilis, pauper, castus, & obediens.

Omnes scientiæ & doctrinæ, quas Religiosi addiscunt, nihil eis proderunt, nisi ad majorem perfectionem obtinendam fuerint directæ, concurrere debent ad augmentum virtutum, non verò ad earundem destructionem. Religiosus doctus plus obligatus est ad

ad Regularem observantiam quam idcirco
hoc ipso enim quod majoribus talentis
præditus, major ipsi incumbit obligatio
Deum & Religionem, quam exinde magis
in se agnoscit, quòd majori polleat cogi-
tatione. Quantò fuerit doctior, tanto
transgressionibus gravius peccat, cum
per sit majus delictum illius, qui ex malitia
quàm qui ex ignorantia peccat; ex malitia
autem peccare doctum, qui ut talis scit
obligationes, & tamen transgreditur, non
erit, qui reclamet.

O! quàm ingemuerat devotus quidam
Religiosus, cùm vidisset multos eruditos
suà doctrinà in eum solummodò finem
fuisse, ut docti & præclari Concionatores
Lectores &c. audirent, nullà habità ratione
ad Deum & Religionem. Non capiebat
optima hæc anima, quomodo fieri possit
ut illi, qui sciunt & agnoscunt, eo ipso, quòd
sint Religiosi, obstrictas se esse ad profectum
tamen ab observantijs regularibus tam
dicus se eximere contendant. Si Deus ob-
ctos elegit, atque idcirco Religiosis suis
tibus inservit, ut per eos indocti instruere-
tur, & modum tendendi ad perfectionem
addiscerent, quomodo illi ab omni obse-
vantia se eximent? Audi, quisquis es, O Re-
ligiose, id unum tibi necessarium esse, ut
omnes tuas cogitationes unice in perfec-
tionem

tem & virtutum incrementum intendas, quod fiet accuratâ Regularum observantiâ, non verò privilegijs & exemptionibus.

Quando instituuntur processus de sancti alicujus Religiosi Canonizatione, primò omnium interrogatur de sedulâ Regulæ custodiâ, cui quasi fundamento cætera omnia inniuntur; cùm impossibile sit, ut Religiosus ad sanctitatem perveniat sine accuratâ Regulæ & Constitutionum observantiâ. Anima verè Religiosa nihil cogitat nisi de perfectione, nihil desiderat quàm perfecta esse. Potissimum, quod observes mi Religiose, est, ut, quando studes, quando prædicas, quando legis Philosophiam aut Theologiam, nunquam quæras tuas commoditates, non exemptiones à regularibus observantijs, non cibos deliciores aut commoda extraordinaria, sed gloriam Dei, animæ tuæ salutem, virtutes & perfectionem. Prima intentio in omnibus functionibus semper ad Deum est dirigenda, hoc vel simili affectu: *O mi Deus, non solum ut discam aut doceam, sed ut tibi soli placeam, ut in virtutibus & in Spiritu proficiam, hoc vel illud facio.*

Scias O Religiose, talenta idcirco à Deo tibi concessa, ut ei servias, & ad ipsius gloriam ac divinam ejus voluntatem adimplendam impendas. Magister omnium Magistrorum gloriosissimus Redemptor noster docebat

docebat inter Doctores, disputabat, interrogabat & respondebat. At quem in finem forsan ut doctus appareret? ut magni estimaretur? nihil minus, tales cogitationes in mentem filij Dei intrare nequibant, sed totum illud faciebat, ut aeterni Patris sui voluntatem impleret, quemadmodum ipsa sanctissimæ Genitrici suæ & S. Josepho

Luc. 2. sinuabat: *Nesciebatis, quia in his, que Patris mei sunt, oportet me esse?* Pulcherrimus hic modus est & optima responsio ad omnes tentationes ad vanam gloriam incitantes; sed pro dolor! quadrat hoc tempore in plurimos, quod S. Evangelista ad prædicta Christi verba mox subnectit: *Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.* Pauci sanè capiunt verbum hoc, ut adeo paucissimos invenires Doctores, Concionatores, alios, qui laborarent, nisi alliceret applausus humanus, primæ cathedræ & cupido obtinendæ victoriæ, cupiunt alijs anteferri, præ alijs honorari, & vocari ab hominibus Rabbis.

L. c. Quærunt honorem proprium, vanitatem & existimationem, non verò Dei beneplacitum, unde non intelligunt illa Christi verba

Nesciebatis, quia in his, que Patris mei sunt, oportet me esse.

* * *

Annotatio II.

Qui ad perfectionem tendit, magno & virili animo esse debet, non ordinariam duntaxat, sed indies majorem perfectionem consequendi, quod desiderium plerimum ad profectum conducit. Sagittam emissurus, determinationem scopi eò altiore figit, quò noverit profundiorē; ita Anima religiosa oculos suos semper ad sublimiorem perfectionem elevert, ut saltem infimam consequatur. Multi vitæ spirituali invigilant, & tamen in rebus divinis adeò sunt pusillanimes, ut, in solam suam debilitatem intenti, nunquam ad divinam opem obtutum inflectant, de magnis desiderijs minimè solliciti, contentique viâ communi, satis se præstitisse credunt, si à peccatis gravibus abstinuerint.

Verùm O quàm decipiuntur, quàm cœcuntur, dum ingentem utilitatem ex magnis desiderijs prodeuntem non agnoscunt! Qui sincero corde ad magnam perfectionem anhelaverit perfectus evadet, aut saltem optimus Religiosus erit. Qui modico contentus est, suisque affectibus in rebus abjectis & minimis persistit, non perveniet, ne quidem ad statum minimum & imperfectum.

Anima Religiosa, quæ magnam perfectionem in suo corde molitur, ab his deside-

Njs

rijs seu totidem stimulis excitatur ad perfectionem, velocius decurrit tramitem legis Christi & suæ Regulæ, inflammatur amore divino, majorique fervore virtutum augmento insudat, & si perfectionis apicem non omnino conscendat, bonæ tamen & probæ Religiosæ nomen sibi pariet.

Procul ergò à corde Religiosi cogitatione eorum, qui semper sunt tepidi & negligentes, dicere minimè veriti, contentos esse, si à peccatis gravibus & mortalibus fuerint immunes, & observaverint leges illarum, quarum transgressione Deus graviter offenditur, sufficere sibi, si vel ad januam Paradisi accedere liceat, nihil referre, an cum parvulis post Baptismum decedentibus, an vero cum perfectis, qui semper ad culmen perfectionis aspirarunt, cælum ingrediantur. O miseros vos! ignoratis, quantum nocentium vobis exinde cumuletis, desideria illa tam humilia & tepida aquam affundunt, quæ amor divinus successivè penitus extinguit, exhauriuntur vires animæ, & frequentissime quidem aditus ad cœlestia conceditur, qui adeò sunt desides.

Annotatio III.

NOtabis porrò, Anima religiosa, tam si necesse sit, ut foveantur magna

sideria erga perfectionem, non ideo tamen
res minimas negligendas esse. Propositio
hæc duobus modis intelligi potest. Primò
ut accurata omnium actionum virtuosarum
etiam minimarum ratio ineatur, tametsi
enim sint minimæ, quia tamen bonæ sunt,
semper sunt adminiculum velocius ad ma-
jora perveniendi. Cui non suppetunt facul-
tates ut magnas faciat eleemosynas, non
idcirco desistere debet à faciendis exiguis, si
potest. Qui non est præcellens Conciona-
tor, & in doctrinâ non excellit, doceat per-
sonas rudes, prælegat doctrinam Christia-
nam, spe fretus, eundem & non rarò ma-
jorem fructum se reportaturum erudiendo
parvulos, quàm nescio quis famosus Eccle-
siastes, qui innumeræ multitudini verbum
Dei prædicat; ille enim fructu suæ charita-
tis comparabit sibi divinam gratiam, hic ve-
rò inani fortè gloriolâ tumens reportabit
applausum humanum, fumum, vanitatem,
nihil. Secundò, ut studiosè caveantur om-
nes etiam minimæ imperfectiones, cum
etiam minima animam à progressu retar-
dent, quemadmodum enim minimus lapil-
lus pedes nonnunquam in itinere moratur,
ita omnis modica imperfectio destruit iter
perfectionis. Sol, quantumcunque sit splen-
didus, exiguâ tamen nubeculâ offuscatur.
Magna pulchritudo ab exiguâ deformitate

Y

CORRUM

corrumpitur. Magnam sapientiam maxima ignorantia decore suo privat; nec concedit perfecta eloquentia, ut vel minimus error subrebat. Idem & in perfectione eloquii iudicium. Perfectio enim & Sanctitas sunt ornamentum animæ, maximaque totius Mundi sapientia, omnem vel minimum etiam defectum, quantum possunt, eliminant. Qui parva non curat, ad summa non perveniet, sed faciliter in deteriora prolabitur, attestante Syracide: *Qui spernit minima, paulatim decidet.* Nec dispar Sacerdoti Bernardo iudicium, cui prolapsus in magna vitia à parvo initio. *Mens Deo dicata caveat minima vitia ut majora; quia à minimis incipiunt, qui in maxima prorumpunt.* Magnificum ædificium non unico momento corruit, sed paulatim & successivè, primo unum lapidum decidit, tum secundus, & sic porro, quod si non observetur, nec medium adhibeatur, tota demum fabrica peribit. Atque cum ad culmen perfectionis sublevata non adeò faciliter in mortale prolabitur, sed successivè; Hodie v. g. non curat modicam quandam murmurationem, cras levius usque debilitetur, tum sic enervatam Diabolus assilit, tentationem suggerit, concurrit, tandem totum ædificium in præceps prolapsum adeò ut nec mortalia amplius curet.

Eccles.
19. 1.

credas, Anima Religiosa, modicas Regulæ transgressiones esse res parvas, Non enim, ut S. Bonaventura annotat, *minimum est, con- In spe- monere minima, que non minimam moribus culo. maculam ingerunt.*

Annotatio IV.

UT Religiosus quietè vivat & felicitè ad perfectionem perveniat, primum erit, ut sibi persuadeat, vocationem suam ad hunc statum esse securissimum iter tendendi ad perfectionem. Multi inquietantur, lamentantur, & exiguum suum in spiritu profectum inaniter palliant, dicentes: Quod si in alià Religione degerent, multò viverent pacatius majorique securitate ad perfectionem tenderent. Illusio apertè diabolica, quæ miserimi quidam à profectu retrahuntur, indubitatum quippè est, omnem Religionem, à sede Apostolica approbatam, esse optimam viam ad sanctitatem. Harum sententiarum aggredere quamcunque volueris, semper securè incedes. Excute, mi Religiosè, quidquid temerariè Cacodæmon ingerit; angaris fortè, te, dum solitariè vivis, privatum esse fructu ex operibus charitatis permanante, atque adeò inaniter credis, facilius te salvandum si viveres in Religione ubi Confessiones excipiuntur, Verbum Dei prædicatur,

dicatur, alia charitatis opera exercentur; aut
 è converso, dum vitæ activæ intendis, præ-
 optares contemplativam, ubi (tuo quidem
 iudicio) ferventiùs posses spiritui invigila-
 re, precibus insistere, plurimas occasiones
 evitare, à quibus in hoc statu frequentissime
 nunc studijs, nunc excipiendis confessionibus,
 nunc concionibus adeò distraheris, ut
 subinde nec horula superfit quæ tibi imple-
 tēdas, unde non modicum dubium accretu-
 ne, dum proximi saluti inhias, propria iu-
 ram facias, tibi que sugilletur: *Et quid pro-*
homini, si Mundum univèrsum lucretur, no-
me verò sua detrimentum patiatur? Consi-
tius igitur fore, si in abstractione degeris,
ubi repetitis precibus magis in amore divini
exardesceres, tuamque salutem in salvo po-
neres.

Matth.
16.

Eph. 4.
1.

Ah ! Animæ Religiosæ, gravissima hæc
 tentatio, *Manete in vocatione, quæ vocavit
 estis.* Deus est, qui ad hanc Religionem, ad
 hunc statum & locum vos vocavit. Effice-
 contentæ, vivite quietæ, peragite exercitia
 Religionis vestræ, nolite de aliâ quâpiam
 cogitare, observate vestras Regulas, non alie-
 nas. In extremo iudicij die severus rector
 arbiter non interrogabit de alieno, sed de
 suo cujusvis instituto, de hoc rationem
 exquiret, non de alio.

* * *

Annotatio V.

ADvertat Religiosus, quod si in perfectione velit progredi, procurandum sibi esse, ut studiosè conservet bona illa desideria, illum fervorem, spiritum & devotionem, quibus primo in Religionem ingressu exastuabat. Si enim Religiosus eo fervore progrediretur, quo incepit, brevi perfectus efficeretur, quia verò sensim remittit, sensim quoque deficit, singulis diebus tepidior, adeò ut vel unicum inordinatum effectum refranare, vel quidpiam sibi subtrahere minimè valeat, in amore divino ejusque servitio nimium quantum frigescent. Interrogatus Abbas Agathon, quem modum Religiosus tenere debeat, dum ad perfectionem aspirat? respondit: *Vide, qualis fueris primà die, quando existi de seculo & recessus fuisti in claustro, & talis permanseris.* Hoc si feceris, certò in spiritu proficietis. Serio menti tuæ obijcito, quanto ardore valedixeris Mundo, conculcaveris ejus honores, reliqueris omnes vanitates, persevera in sanctis hisce cogitationibus, observa, quàm in illis primis principijs fueris obediens, quàm diligens in mortificandis passionibus & corrigendis defectibus, quàm assiduus in oratione, quàm sedulus in observatione Regulæ, quàm modestus in omnibus

actionibus tuis; hoc ipsum & nunc facio, cave, ne negligas humilitatem, reverentiam, silentium, quibus in ingressu eras adhibitus, stude potius omni die in virtutibus crescere, & brevi perfectus eris. Nec decipi te poteris, dum fortè cogitatio subrepat, te non amplius, ut Novitios, obligatum esse; falleris quisquis es. Ego sum Magister, inquit nemo, sum Lector, Ecclesiastes emeritus, non raro superioris munere præminens, non obligor ijs, quibus Novitij. Summopere eras, mi Religiose, si ad Mundi trutinam omnia librares, esset, cur talia referens. Aliud autem suadet via spiritus & Religionis, quæ tales cogitationes ut falsas & inanes repellit.

Eccles. *3. 20.* *Quanto magnus es, humilia te in omnibus & coram Deo invenies gratiam.* Christus Dominus.

Luc. *22.* *Qui major est in tuba fiat sicut minor, & qui Præceptor sicut magister.* Dictamina S. Spiritus volunt & docent, ut, quanto plura talenta, majorem doctrinam, scientiam, honores & dignitates Deo acceperis, tantò ferventiùs ea omnia Dei gloriam impendas. An credis Deum te obligasse te à virtutum studio & sedulâ Regularum observantiâ, quia majore favore profecutus est nunc, quàm dum eras Novitius? Unde, obsecro, tibi hæc documenta: An augmentum gratiæ eximat te ab exactâ religiosæ observantiæ? Falleris, Animate-

Religiosa, quo enim plures annos numeras professionis tuæ, quantò diutiùs in domo Dei pane corporali & spiritali es refecta, quantò plures honores in Religione assecuta, tantò magis ad Regularum observantiam in omnibus etiam minimis rebus es obligata, magis humilis, magis patiens, magis modesta & mortificata in omnibus sis oportet. Memineris nobilitatem, dignitatem & honorem Religiosi non consistere in majori semper exemptionum & privilegiorum obtentu, sed in continuo humilitatis, mortificationis & aliarum virtutum incremento, in quorum numero cum fueris, tum enimverò in viâ perfectionis te constitutam scias.

Annotatio VI.

Pro certiori perfectionis obtentu quilibet sibi imaginetur, quidquid toto tempore fecerit, minùs esse; & hac persuasione singulis diebus excitet se ad magis magisque audendum. Non debet respicere ad ea quæ fecit, sed ad id quod remanet, quod ipsum fecisse suspicor Psaltem regium, dum ad Deum conversus hanc gratiam in se continuari petijt: *locutus sum in lingua mea: Ps. 39.*
notum fac mihi Domine finem meum & numerum dierum meorum, quis est, ut sciam, quid desit mihi. Ubi observes velim, non petijisse

petiſſe notum ſibi fieri principium vite ſue
 ſed finem, respiciebat ad id quod ſupera-
 rat, non quod tranſierat. Non cupiebat
 ſcire quod poſſidebat, ſed quo indigebat.
 Consideratio operum præteritorum valde
 periculosa eſt, quia perfacile inducit ani-
 mam ad vanam gloriam & inanem ſalutis
 ſecuritatē, conſideratio autem virtutum
 nondum acquiſitarum faciliter provocat ad
 magis ſeſe humiliandum, majores labores
 Dei amore aſſumendos, & magis mortifica-
 tionibus inſiſtendum. Bonus Religioſus
 oculos ſuos reflectit ad id quod reſtat, non
 quod præteriit; non initium ſed finis vite
 eſt contemplandus. S. Paulus oculum detur-
 xerat ad altiorem perfectionem, non conſi-
 derabat quod fecerat, ſed quaſi nihil feciſſet,
 ita omnia in corde ſuo obliterabat, unde
 Philippiſibus ſcribebat: *Fratres, ego me
 arbitror comprehendiffe. Unum autem il-
 lud ago, ea quidē, quæ retrò ſunt, obliſcens,
 ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens me
 ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brachia
 ſuperna vocationis.*

S. Hieronymus Religioſum illum meri-
 to beatum & felicem vocat, qui ad nihil
 aliud quàm quo caret respicit: *felix eſt, qui
 quotidie proficit, qui non conſiderat quid boni
 fecerit, ſed quid hodie faciat, ut proficiat.* O
 mi Deus! quàm hic merito pudore ſuffu-
 datur.

*In Pf.
 83.*

antur Religiosi, qui, posthabitâ omni curâ,
 de suo profectu tam comparandæ divinæ
 gratiæ sunt vecordes & ignavi, cum tamen in
 ea omne bonum animæ consistat. *Ab!* ex-
 clamat S. Bernardus miseræ huic paulò inti-
 mis intentus, *utinam Fratres* (alloquitur
 suos Religiosos) *nos sic essemus cupidi gratiæ* *Serm.*
spiritualis, quemadmodum sæculares homines *de altit.*
pecuniæ temporalis. Magna sanè confusio *& hu-*
 est ista, O Religiosi, quod sæculares majori *mil.*
 fervore inhient caducis tam sibi perniciosis, *cordis.*
 quam nos æternis tam nobis proficuis, illi
 velocius currunt ad mortem, quam nos ad
 vitam. Discute paulisper teipsam, Anima
 religiosa, pondera cursum tuum in perfe-
 ctionis semitâ peractum, cogita, quàm nihil
 hactenus profeceris, tamen nescio quæ præ-
 tereris. Perfectio est mons magnus & subli-
 mis, iter arduum & sentibus refertum, si per
 multas tribulationes, per carnis maceratio-
 nes, per cilicia & disciplinas, per jejunia &
 abstinentias processeris, tum enim verò fi-
 nem optatum consequeris.

Annotatio VII.

TAmetsi omnes Confratres perfecto amo-
 re sint prosequendi & in suis necessita-
 tibus adjuvandi, advertendum ta-
 men, solum conversandum cum Religiosis
 bonis

Y 5

bonis & virtuosis, discolos autem & perver-
 sos cane pejus & angue fugiendos; fugien-
 dos & illos, qui cum bonis boni, cum malis
 mali sunt, item negligentes & tepidos. *Con-*
multis amicitia custodienda est, inquit B. Lau-
rentius Justinianus, moderata autem con-
versatio cum solis Deum timentibus & virtuosis
viventibus habenda est, qui enim cum
conversari voluerit, procul dubio fiet eorum
similis. In specie autem vitandam confusa
 societatem eorum, qui murmurant & impu-
 dica loquuntur, tales enim assistentium ani-
 mas maculant, & simpliciores veneno periti-
 tionis inficiunt. Videbis hujusmodi in om-
 nibus angulis quocunque tempore, & mi-
 ximè sub silentio circumcursantes, in famam
 vitamque absentium impiè debacchantes,
 nec contentos, ut seipsos in damnationis
 Barathrum præcipitent, sed omnimodis in-
 tentos, ut & alios in damnatam suam Socie-
 tatem pertrahant. Aliud evenit cum bo-
 nis, quorum dexteræ si manus dederis, securus
 ad culmen perfectionis pervenies. Audi S.
 Basilium de pluribus commodis è talium
 consortio promanantibus. Loquitur hic
 cum filio quodam spirituali & ait: *Del-*
etare omninò de hominum perfectiorum
conversazione, & gaudeat anima tua agere
cum abstinentia deditis. Solerter imp-
la ne aures tuas ab eorum sermone

quia vitam aeternam in se continet, cui, qui libenter auscultat, salutem animæ sibi comparat. Quemadmodum Sol suo exortu tenebras fugat; ita doctrina Sanctorum à cordibus nostris caligines eliminat. Ne obsecro talium hominum consortium fugias, quatenus eorundem admonitionibus mentis tua in cælum sublevari, omnem hujus Mundi vanitatem unà cum tuis sensualitatibus contemnere possis, nec dubites, quin hoc præfatio magnum robur contra demonum insultus sis adepturus. Hactenus S. Doctor, qui tot Religiosis veræ directionis Regulas præfixit, ut merito omnium Monachorum Pater nominari possit. Pergit deinde omnes & singulos dehortari à perversorum consortio, qui virtutibus mortui solis suis passionibus vivunt, contenti, si suæ propriæ voluntati satisfecerint, ceteram omni consolatione divinâ destituti. Cum istis nullum tibi sit commercium, nisi in quantum crederis, eos à suis erroribus revocari posse, quod si facere nequeas, fuge eos ut infensissimos hostes, quia non raro unica ovis morbida totum gregem inficit, & modica fellis particula magnam dulcedinem amaricat. Crede explicari non posse, quantum damnum afferat Societas cum perversis, & quantum utilitatem conversatio cum bonis.

Anno-

Annotatio VIII.

COLLOca studium tuum in seriâ imitatio-
ne aliorum Religiosorum, æmulare
eorum virtutes, & si quam tibi desse
adverteris, ejusdem obtinendæ solertissimus
esto. Exemplum à S. Abbate Antonio da-
tum, qui, quas in alijs Monachis notaverat
virtutes, easdem sedulò imitabatur. Idem
fecit & ille Monachus, de quo S. Bernardus;
hic post matutinum Abbatem suum dolens
accessit & dixit: Ah miserum me! O Pater,
vidi ego Monachum quendam, in quo tri-
ginta virtutes numeravi, quarum ego neu-
tram possideo, obligatus proinde, ut omni-
bus viribus easdem mihi comparem. Imita-
tare & tu, quæ bona in alijsprehenderis,
ab uno disce humilitatem, ab alio mode-
stiam, à tertio obedientiam, ab hoc simplici-
tatem, ab illo mansuetudinem &c.

Homines probos & sanctos Deus nobis
tanquam exemplaria proposuit, quatenus
eorum vestigia sectaremur. Ita S. Paulus
suos Corinthios monuit: *Imitatores mei esse*
te. Perfectio, mi Religiose, nihil aliud est,
quàm perfecta quædam unio omnium virtu-
tum. Quantò anima pluribus virtutibus
fuerit exornata, tantò erit perfectior, virtu-
tes autem nullibi inveniet certius quàm
apud Sanctos, hos igitur imitetur, & bene
perfecta evadet.

1. Cor.

- 4.

Annotatio IX.

EX priori annotatione clare resultat, si imitandi sunt Sancti & perfecti, multo magis imitandum fore perfectum perfectiorum Christum Dominum. In hoc habet anima complementum omnium virtutum, hunc unicum sæpiùs consideret & videbit absolutissimum exemplar omnium actionum suarum; *Exemplum dedi vobis*, ait *Matth.*
ipsemet, ut, quemadmodum ego feci vobis, ita
vos faciatis; & discite à me, quia mitis sum
& humilis corde. Non est virtus, quæ ex abundantissimo hoc fonte non possit hauriri: si desideras humilitatem, habebis per omnia & in omnibus humillimum, Nativitas ejus & tota vita digito tibi virtutem hanc demonstrabunt, nec mors ipsa alium Epilogum efformat, quàm perfectam humilitatem. Si patientiam affectas, ne & hîc à Christo discedas, reflecte denuò oculos tuos in totius vitæ decursum, & videbis in monte Calvariae coronatam patientiam gloriose triumphantem; quos non angores, quas miseras, quæ ludibria non sustinuit toto triginta trium annorum curriculo? non est sane ut in ijs enarrandis multum excurram, cum passim constent, Si mansuetudinem eligis, quis Christo mansuetior? mitissimus hic & humillimus corde *sicut ovis ad occisionem*
rem

11.

nem ductus est, nec ostenso vel minimo
patientiae motu. Si ad solitudinem aspiras,
O quale prototypon in Christo Jesu, fuit
hic à duodecimo usque ad trigessimum an-
num in continuâ, ut ita dicam, solitudine
ab omnibus absconditus, ita ut S. Patres an-
nos istos nuncupent *annos vita abscondita*, ut
taceam quadragenariam solitudinem, alio-
que frequentes secessus tempore prædicatio-
nis factos. Si donum orationis te allucit
En tibi Magistrum tuum integras noctes in

Luc. 6. oratione consumentem: *Erat pernoctans in*

12. oratione Dei. Quocunque demum deside-
rio impelleris, ad Christum recurre, & fiet tibi
sicut vis; Consilium dudum Ephesij in-
culcatum à S. Paulo: *Estote imitatores Dei,*

Eph. 5. *sicut filij charissimi.* Nec S. Bernardo placuit
aliud exemplar suis Religiosis proponere,
quàm hoc ipsum omnium aliorum perfectis-
simum. *Describe in corde tuo mores &*

Ex lib. actiones Christi, inquit hic S. Doctor, *quomodo*
de in- humiliter cum hominibus fuerit conversatus,
form. *Novit.* quam benigne cum discipulis, quam modestè
p. 1232. in sumendo cibo & potu, quam affectuosus
erga & inter pauperes, gaudium quomodo
erat adeò sese pauperibus conformare, ut
unus ex illis esse videretur, nullum contemp-
psit aut abhorruit, tametsi leprosus esset. *Novit.*
de, quam à curis sæculi fuerit liber, ne quomodo
dem de corporali necessitate sollicitus

Quam verecundus in visu, quàm patiens in
 contumelijs, quàm mansuetus in responsis.
 Non cogitabat se unquam defendere verbis
 mordacibus aut amaris, sed quærebat re-
 sponsum humili & suavi sanare aliorum
 malitiam. Considera, quàm in omnibus
 suis gestibus fuerit compositus, & quàm sol-
 licitus de salute animarum, quarum amore
 incarnari & acerbissimum mortis genus obi-
 revoluit, quàm placidus in omnibus verbis
 suis, quàm studiosus & deditus orationi,
 quàm promptus in ministrando alijs, ut me-
 rito dicere potuerit: *In medio vestrum sum,*
sicut qui ministrat. Quàm frequens in vigi-
 lijs, quàm obediens parentibus. Quomo-
 do fugerit omnem jactantiam & omnem sin-
 gularitatem, speciatim verò discursus singu-
 lares cum mulieribus, ut ipsimet discipuli
 mirati fuerint, cum videssent eum solum cum
 samaritanâ loquentem, tamquam de re in-
 solitâ. Quomodo nullum spreverit pecca-
 tum, cum quantâ clementiâ susceperit
 penitentes; Et denique quàm vivum exem-
 plar se in omnibus præbuerit. Hunc cordi
 memoriæ tuæ inprime, hunc in omnibus
 verbis & in operibus tuis imitare, hunc eun-
 do, stando, sedendo, tacendo, loquendo,
 comedendo indefinenter intueri. Ab hoc
 seculo disces ferventiùs amare Christum,
 studiosius colere ejus familiaritatem, majori
 fiducia

fiduciâ ferri erga ipsum, & consequenter in
 omni virtute proficere. Hic sit tua sapien-
 tia, tua meditatio, tuum studium; de hoc
 semper cogita, ut ab illo provoceris vel ad
 imitationem, vel ad intensiorem amorem re-
 ga ipsum. Quid efficacius, Anima religio-
 sa, quid pro spirituali incremento solidius
 tene firmiter hanc doctrinam, & in omnibus
 actionibus tuis ad eum recurre, semper aliquo
 exemplar istud, & quare modum omnia car-
 ritè instituendi.

Annotatio X.

Inhibetur quoque animæ Religioz ad
 perfectionem anhelanti nimia cum pa-
 rentibus, fratribus, sororibus &c. famili-
 aritas. Ille scire Dominum familiaris ap-
 petit, inquit, appositè S. Gregorius Papa,
 7. Mo- pra amore pietatis nescire desiderat, quos car-
 ral. c. 14. naliter scivit. Gravi etenim damno scientia
 divina minuitur, si cum carnis notitiâ par-
 tur. Extra cognatos ergò quisque ac propin-
 quos debet fieri, si vult parenti omnium carnis
 jungi. Affectus inordinati erga propinquos
 imminuunt affectum ordinatum, quem ad
 Deum habere debemus. Qui ad perfectio-
 nem anhelat, corde puro & ab omnium car-
 riâ carnis & sanguinis emundato polleretur
 bet, his enim expulsis, subintrabunt cogita-
 tiones
 lantes.
 rimas
 quos ex
 sed elim
 qui inte
 fruuntur
 sunt De
 detrunc
 re divini
 parentib
 quantup
 per adhi
 tatur aff
 patri ter
 non imm
 honor a
 Hierony
 Timothe
 verit
 pro
 ma an
 nem, &
 num, q
 lex deco
 num est
 premi
 decorem
 munerar
 dei renu
 nces

iones divinæ & ad perfectionem exstimu-
 ntes. Non tamen per hoc prohibere cu-
 rimus naturalem affectum erga parentes,
 quos ex præcepto divino honorare tenemur,
 sed eliminare affectus inordinatos illorum,
 qui integro die in eorum domibus versantur,
 fruuntur eorum bonis & valedicunt illis, quæ
 sunt Dei, salutis animæ & Religionis; hos
 retruncare oportet, utpote animam ab amo-
 re divino retardantes. Singulis diebus pro
 parentibus orandum succurrendumque,
 quantum fieri potest, hac tamen cautelâ sem-
 per adhibitâ, ne per affectum carnis everfus
 naturæ affectus spiritûs. Honor, qui debetur
 patri terreno, ita ordinari debet, ut per eum
 non imminuatur cultus Patri æterno debitus.
Honora Patrem tuum, inculcat non nemini S. Ep. 10.
Jeronymus, sed site à vero Patre non separet. ad
Tomidru scito sanguinis copulam, quamdiu ille Turr.
averit suum Creatorem; alioquin David
protinus canet: Audi filia, & vide, & in-
clina aurem tuam, & obliviscere populum
tuum, & domum Patris tui, & observa præ-
ceptum, quod Deus daturus est, & concupiscet
decorem tuum. O quam magnum præ-
mium est istud! exclamat hic S. Doctor, gran-
de premium parentis obliti: Concupiscet Rex
decorem tuum. Non potest non eximiè re-
munerari Deus animam illam, quæ amore
Dei renuntiat amori carnalium parentum,
 Z
 adeo,

no Dei. Fixæ ut non errent, dum cellam suam relinquunt. Nonnulli millena extorquant, quò à Superioribus licentiam extorqueant, quos omnes meritò Stellis errantibus comparaveris, de quibus forte S. Judas in sua Epistolâ Catholicâ v. 13. *Sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* O quàm innumeris periculis, quantis ruinis Stellæ istæ sunt subjectæ! Univerſim, dum à loco suo discedunt, in præceptum, ut adeò quilibet salutis suæ cupidus nihil magis horreat, quàm à suo firmamento, hoc est, à suo Monasterio semoveri, ubi se à seculo securum novit. Omnes malarum passionum & desideriorum catenas colligito, non tamen efficies, ut talis prodeat è suâ cellâ, nisi accesserint funiculi charitatis & obedientiæ, quibus solis ligari, trahi & duci poterit.

Annotatio XII.

Religiosus ita vivere conetur, ut alij edificentur, & discere possint modum rectè vivendi, quod idem est ac dicere: *Bonorum operum se præbeat exemplum.* Reg. S. Aug. c. 11. *Verum enim proderit benè dixisse aut scripsisse, si opera non responderint; verba citò transeunt, nec tam subtiliter considerantur quam actiones, quæ omnium oculis sunt exhibitæ.* In plantâ non quæruntur flores sed fructus

fructus, ita & in Religiosis non sufficit bene
 differuisse, seu prægnantibus eloquentie
 phaleris Auditorum aures oblectâsse, si de-
 fuerint fructus boni exempli. Antiquis
 placuit, Religiosum hieroglyphicè in formâ
 senis adumbrare, dextrâ simulacrum Solis, le-
 nistrâ horologium deferentis. Colimâtes
 symbolica hæc delineatio ad absolutum vi-
 tæ religiosæ prototypon, senectute enim
 gravitatem, Sole bonum exemplum, quo
 apud omnes inclaresceret, horologio singu-
 las actiones justâ lance trutinandas proce-
 debant. Inspice mi Religiose Symbolum
 hoc, & disce, adhuc in tuâ juventute senilem
 auctoritatem præferre; disce vitæ innocen-
 tiâ speciosissimè rutilare; Disce omnia tua
 ita instituire & peragere, ut sint ad normam
 virtutis regulata. Observa denique pul-
 cherrimam doctrinam S. Bernardi, quam bo-
 rori suæ, & in ipsâ omnibus alijs Religiosis
 tradidit: *Venerabilis virgo, desidero ut locum*

Serm.
 16. ad
 Soro-
 rem.

*omnibus ancillis Dei, que tecum sunt in
 Monasterio, bene vivendo.*

* * *



ANNO.

ANNOTATIONES

Ab ipso Auctore specialiter
Monialibus præscriptæ, nunc tamen,
pauculis immutatis, omnibus utrius-
que Sexûs Religiosis accom-
modatæ.

Studiosè observent Moniales, (Religiosi)
certumque eis esto, dum ad Religionem
sunt vocatæ, à Deo in sponsas electas es-
se, &, quemadmodum gemmæ pretiosæ au-
reâ scrinijs includuntur; ita se tanquam ani-
mas plus cæteris dilectas reclusas intra sacra-
mentum cœnobij septa. Credant insuper,
quemadmodum omnes aliæ animæ, ita & se
tanquam naviculas in naufrago & furibundo
pelago Mundi Pelago navigare, & ipso Reli-
gionis ingressu appellere ad portum quietis-
simum summeque tranquillum; ut meritò
fieri possit, dum Monasterij portam attin-
gunt, ad Insulas fortunatas perduci, quo no-
mine Monasteria indigitare placuit S.S. Au-
gustino, & Hieronymo, qui verba Davidica:
Insulae multae: ad Monasteria refle-
xerunt, paritatem in hoc constituentes, quòd,
quemadmodum Insulæ undique aquis sunt
circumdatæ, omni ex parte fluctibus impe-
tuntur, nihilominus tamen, quantumcunque
percu-

Ps. 96.

percutiantur, nunquam dissolvuntur, quin potius ipsæ undas infringunt & abigunt; ita & Religio quantumcunque undis mortificationum, persecutionum, linguarum maledictarum &c. infestetur, nihilominus intacta consistet: *Istæ Insulæ*, inquit S. Hieronymus, *tunduntur quotidie, sed non subruuntur; in mari sunt, sed habent fundamentum Christi, qui in ævi non potest.* S. Bernardo Monasterium Paradisus est: *Verè claustrum est Paradisus.* Quod tamen ægrè in animum inducunt tepidæ illæ animæ religiosa, quæ nihil sollicitæ de profectu, de spiritu, de devotione, exterius duntaxat religiosas se simulant, istis enim sacratissima claustra potius infernus sunt ab ipsismet per pessimos suos mores in horribilem specum commutata, unde tot lamenta quibus æthera implentur, dum nonnullæ queruntur, se intra moenia seu perpetuo quodam carcere constrictas esse, metiuntur hæ, quæ sunt carnis & Mundi, non quæ spiritûs & Dei. Aliter loquuntur devotæ animæ, quæ in suis cellulis delictorum tumpe experiuntur, nihil desiderantes, quàm ut unicò suo bono, amantiissimo sposo Christo Jesu, perfruantur, ad hoc vires omnes impendunt, huc omnes natus colligunt, probè gnaræ, maximum bonum in clausuris detineri, ubi omnia bona, tunc quæ sunt, in se ipsa continentur.

Hugo

Hugo Cardinalis illud Cant. 4. *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus*: Religioni applicat, dicens: *De Religione specialiter hoc potest exponi, quæ hortus conclusus est, si verè eam apprehendimus. Uide va illis, qui eam magis carcerem reputant & infernum.* Duobus muris Monasterium custoditur, invisibili uno, qui sunt Angeli potentiam suam contra hostes invisibiles exercentes; altero visibili, & hi sunt homines, qui defendunt ab inimicis visibilibus. Uterque hic murus concurrat ad arcendas perverforum versutias, ut adeò nequitiam ut conquerendum, sed summoperè gaudendum de concessâ tantâ securitate, qua damnatis Satanæ unguibus tam dextrè subducimur.

Placuit insuper eidem Hugoni Cardinali animas Religiosas aviculis in ergastulo detentis comparare, quæ, tametsi corporis libertate sint privata, fruuntur tamen libertate cordis, & ideo in signum suæ lætitiæ suaviter modulantur. Appositè huic similitudini suffragatur S. Gregorius Nazianzenus de Monialibus differens: *Vinculis perpetuæ clausuræ pressæ, & liberæ* (NB. *pressæ, & liberæ*) i. ad que retentæ sunt, & teneri non possunt, quarum *Julian.* nihil in Mundo, & omnia Mundo superiora sunt. He, inquam propter mortificationem immortales, quarum *Angelici Psalmorum*

Cantus, & pernox statio, & mentis ad Deum excessio ante mortem in cœlum rapit. Verò tales, antequam anima corpore separetur, æthereas delicias jamjam degustant, per suam contemplationem, & frequentes Palmorum decursus plus cœlicolæ quàm terrigenæ; plus Angeli quàm homines. Eñimverò regrediamur denuò ad Hugonem nostrum, & tenuiùs inquiramus, cur animas religiosas potissimùm aviculis non verò aliis animalculis comparet, vult, ni fallor, præcellens hic Doctor, omnibus & singulis digno commonstrare, incumbere Religiosis, ut in suis cellulis sint quietæ & contentæ, quemadmodum volucres in suis catastris. Ad has accelerato gradu contende O anima religiosa, interroga volatilia cœli, & indicant tibi; nec mireris ad irrationabilia animalcula te abligari; Non erubescit Scriptura animal rationis honore donatum, id est hominum, brutorum discipulum facere, inquit S. Jo. Chrysostronus, cùm enim ex Scripturis discere renuat, eum ad bruta, ad volatilia cœli abligat. Hæc docebunt te, quàm sit proficuum non quærere libertatem. Expertus id est, suoque æterno commodo didicit Monachus ille, de quo in vitis Patrum: Pertusus hic clausuræ & solitudinis suæ die quodam tempore afflictus oculis in delitiosa prata & amœnas silvas excurrerat, ubi cùm circumstantes

Job. 12.

nantes,

natores, aviculasque liberrimè hinc inde volantes cerneret, mox, subortâ & haud dubiè a diabolo ingestâ cogitatione, ad eandem libertatem summoperè alliciebatur. Paret suggestioni, firmiterque statuit, cellam se relicurum, quo deperditam libertatem quantociùs recuperet. Propositum hoc roborabat avicula quædam in propinquâ arbore nimum quantum suâ libertate exiliens, credidisses, Cacodæmonis commissarium fuisse, quo miser Novitius in suo errore magis confirmaretur; confirmavit sanè: mox enim miser lamentari, annos juveniles perenni carcere reclusos deplorare, sui que discessûs palliolum excogitare. Angebatur quidem pulcherrimis quibusdam documentis, quibus didicerat, quantum bonum sit, à Mundi laqueis ereptum esse, quia tamen libertas prævalebat, saniora (-perverso suo iudicio) reponebat, multos nimirum in sæculo contentos sanctissimè vivere, nec lilia inter muros duntaxat conservari, sed & in pratis, satius fore in suâ libertate Deo famulari, quàm clauetro inclusum melancholiâ tabescere, petere. Sed ecce! in ipso deperditæ resolutionis turbine videt ex improvise jubilantem aviculam in medijs lætitijs à milvo apprehendi, deplumari, extingui. Quis hic Novitio sensus? Quæ cogitatio? An Mundum reperat? Allicit libertas, deterret habitæ libertatis

bertatis oculatum periculum. Quid ergo in
stupendâ hac rerum facie? Excruciari mi-
ser, torqueri, tangi intrinsecus, & alij in-
gemiscere: O aviculam! O opportunam
insipientiæ meæ Magistram! O libertatem
interitûs tui infensissimam genitricem, fel-
licem te credidi, fortunatam proclamavi, imi-
tatores promisi, At! O infelicem te, O in-
fortunatam! fuisses caveæ tuæ inclusa, fu-
isses libertate privata, salutem tuam in tuto
posuisses; sapiam ego damno tuo, & quod
prius insipienter statueram, revoco nunc,
nunquam amplius sacratissima Religio
septâ egressurus. O cellula mea! O quo-
philacium aureæ & æternæ salutis meæ? Ce-
pio nunc & luce clariùs agnosco propositas
Dæmonis decipulas. Vale ergo O somnium
libertatis thesauri, vale Munde immunde,
vale te delitiæ, nunquam amplius in vestra
vota me attracturæ, facient aliena pericula
cautum. Dixit, & animo immutato gene-
rosè in claustris perstitit.

Disce & tu, Anima religiosa, sanior
sapere, apage, quæcunque inania libertatis
somnia incusserit Dæmon. Felix es O ani-
ma religiosa, & si infelix ideo solum es,
quia libertatem quæris, libertatem ad aliud
aliud profuturam, quæ ut efficiaris perpetuum
Diaboli, Mundi, & propriæ carnis
mancipium. Exemplum sunt tot alia
ligia

Religiosa è Monasterijs profuga, quibus omnibus in debitam mercedem cessit jactura honoris, existimationis, vitæ corporalis, & æternæ! non etiam æternæ. Gaudia, quibus inhias, in Deo, in tuâ cellulâ quære, esto bona & devota, & spirituali læticiâ perfruearis. En! quæ gaudia S. Augustinus Virginitatibus proponat: *Gaudium Virginum Christi De S. De Christo, in Christo, cum Christo, post Virginitatem, per Christum, propter Christum, vit. 10. De Christo, hoc est, spirituale, in Christo, gaudeo unice, quod ipsi soli ex toto corde servire possis, cum Christo, quod Regi Regum sis associata, post Christum, sequendo vestigia ejus, imitando vitam, & mores ejus, pro Christo, eidem serviendo non propter commodum proprium, sed propter gloriam & honorem ejus. Quod ut facilius præstes, plurimum conducet sequens exercitium spirituale, in quo quanto studiosius te exercueris, tanto ad culmen perfectionis ascendas.*

Exercitium Spirituale

quotidianum à Monialibus faciendum.

AB Animâ Religiosâ Deo desponsatâ exulare debent omnes aliæ cogitationes, quæ non sunt directæ ad obediendum & serviendum sponso suo, inde est, quod

quod non tantum omni die, omni hora, sed & omni momento actibus virtuosis invigilare debeat, omnes suas potentias & vires impendendo, ut Deo suo in verâ humilitate & devotione famuletur. Non est actio tum exilis, quæ per actum virtuosum non fiat capax meriti; & licet plurima sint ex se indifferentia, si tamen vel unicus actus humilitatis accesserit, ad magnum pretium & valorem eleventur.

Quamprimum igitur de nocte exigilaveris, mox cor tuum ad Deum erige, & considera, dulcissimum Jesulum tuum in tempestâ nocte in terram descendantem. Excita actum desiderij & humiliter exora, ut & in cor tuum descendere dignetur: dicendo: *Anima mea desideravit te in nocte; Fiat mihi nox ista illuminatio mea, quia memor fui nocte Nominis tui Domine.*

Audito signo ad Matutinum considerabis, campanam illam esse vocem vocantis Dei, teque excitabis dicens: *hec vox Domini est, vel cum tribus Magis: Hoc signum magnum Regis est, ibo & offeram ei omnes affectus meos, omnes motus, omnes halitus; nihil volo, nihil desidero, quàm ut omnia, quæ intra me sunt, benedicant Nomini sancto ejus, omnes alias cogitationes, omnia negotia abesse jubeo & detestor.*

Curabis autem, ut in surgendo non

trices, sed velociter omnem pigritiam excutias, qui enim citò dat, bis dat, meritumque valdè augetur. Si somnolentiam adverte- ris, te ipsam confunde, quod velocior fueris ad mundana quàm divina: Tum signa te si- gno S. Crucis & subjunge: *In Nomine Domini mei Jesu Christi surgo, ipse, qui me redemit, me custodiat, protegat atque defendat ab omni malo, hodie, semper, & in horâ mortis meæ.*

Cùm vestes induis, considera primò ve- stem pro corpore humano introductam esse propter peccatum, unde exercebis actum de- testationis omnium peccatorum. Secun- dò, quod habitus religiosus sit figura & typus modestiæ, quâ invitaris ad amorem pauper- tatis & exclusionem omnis vanitatis. Ter- tiò, quod, quemadmodum Deus præbuit ve- stimenta pro regendo corpore; ita etiam velit, ut vestiatur anima habitibus virtuosis, qui sunt indumentum animæ. Quartò, de- plora tuam miseriam, quâ vides, animam virtutibus spoliata, corpus verò toto tem- pore vestibus coopertum. Quintò, consi- dera habitum gratiæ divinæ, quâ Deus ani- mam vestit, & dole, tam te ejus custodiendî negligentem fuisse. Sextò, memorare ha- bitum gloriæ æternæ, quo omnes devotæ animæ liberalissimè donabuntur. Ultimò denique humillimè precare, ut Deus veste in- nocentiæ animam tuam induat & gratiam con-

concedat, qua ab omni peccato libera vive-
valeas.

Postquam decenter fueris vestita, ab-
ges te aquâ benedictâ, signabis te signo
Crucis & ante crucifixi imaginem profusa
devotissimè adorabis Redemptoris tui Ma-
jestatem, gratias ei referendo de omnibus be-
neficijs, præsertim hac nocte concessis. Tum
promittes præsentem diem in ejus servicio
transigere, mox cor tuum ei offeres hoc vel
simili alloquio. Offero tibi O Deus meus, O
mi cælestis sponse, cor meum, & vobis, ut omnes
meæ cogitationes, verba & opera dirigantur ad
laudem tuam, voluntas mea tua sit; laudo,
benedico & glorifico Sanctissimum. Nomen
tuum, O mi Jesu dulcissime! gratias tibi mille-
nas pro diurno lumine, quod benignissime elu-
giris, totus tuus esse & permanere desidero, &
omnes potentia meæ nihil cogitent, nihil agant,
nihil loquantur nisi te, & de te, O Redemptor
amantissime, memoria semper recordabitur
tuorum beneficiorum, intellectus contemplan-
tur tuas potentias, considerando tuam bonitate
tem, misericordiam & infinitam charitatem,
voluntas tui amore inflammabitur, omnia mea
tua erunt. Custodi me tuâ bonitate, defende me
tuâ gratiâ, eripe me ab universis malis tuâ mi-
sericordiâ, quia sine te nihil sum, nihil possum.

Dum Chorum accedis, ito cum modesto
& silentio, & cogita summum cæli terrarum
Mort.

Monarcham tibi collocaturum, gravissimumque totius Mundi negotium, quod est salus animæ, tecum tractaturum.

Chorum ingressa, in genua procumbe, adora Dominum & spontum animæ tuæ in sacratissimo altaris Sacramento verè præsentem, recita Antipsi: *O sacrum Convivium, cum oratione: Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili &c. vel pulcherrimam salutationem: Ave Domine Jesu Christe, ego te Dominum ac Deum meum hîc verè præsentem omnium creaturarum possibili affectu saluto, adoro, laudo, glorifico & ab omnibus, in omnibus, super omnia adorari, laudari, amari, & glorificari desidero in æternum. Gratias ago tibi pro clemencia tuâ, qua ab æterno dilexisti me. Totus tuus esse & permanere desidero, sicut tu totus meus esse dignaris. O Jesu Deus cordis mei, & pars mea in æternum! In te O ineffabilis veritas credo; in te O unica spes mea spero, & O infinita bonitas amo, & amare desidero propter te super omnia in æternum. Gaudco de omni perfectione, beatitudine & gloriâ tuâ, neque totum in divinam voluntatem tuam resigno. Utinam te nunquam offendissem, nec posthac unquam offenderem. Doleo de omnibus peccatis meis, quia tibi, quem super omnia diligo, displicent: cupio & propono me emendare. In satisfactionem offero tibi omnium Sanctorum obsequia, & meipsum in unione tuo-*

r. m.

rum infinitorum meritorum. O Jesu Domi-
 nus meus & Deus meus! sim totus tuus, & tu
 meus in aeternum. In te vivam, in te morar, &
 in te perennem. Similem veniam, & misericor-
 diam omnibus, pro quibus mori dignatus es,
 presta, defunctis requiem, vivisque orationes
 concede, ut tibi placeant, te ament, te glorificent
 una cum Deo Patre & Spiritu Sancto, nunc &
 semper, & in secula seculorum Amen. Petrus
 deinde à Domino tuo benedictione recolle-
 ge omnes tuas potentias, memoriam, intel-
 lectum & voluntatem, excita te ad laudes di-
 vinas, & sequentibus considerationibus im-
 morare.

Primò imaginare tibi Chorum & Ag-
 ram Chori cœlestis, in quo S. Angeli incele-
 bili voce benedicunt, unde & tu allabora-
 Angelicis Spiritibus vocem tuam unire, An-
 geli Sancti toti in Deum absorpti nil aliud
 cogitant quàm Creatorem suum; idem &
 tu facies, nunquam voluntariè in quasvis dis-
 tractiones consentiendo, secus parum pro-
 ceres Deo, imò plus perderes quàm promove-
 reris, cor enim non labia intuetur altis-
 simus.

Secundò memineris, cum cantare sit offi-
 cium Angelicum, imitandos tibi esse quoque
 Sanctos Angelos morum candore & coram
 puritate. Angeli coram Deo adstant cum
 tremore & reverentiâ; ita & tu magnam
 hinc

habebis reverentiam, oculis modestè demissis, toto corpore in modestiam composito, ad divinam Majestatem, cum qua loqueris, quoquo modo offendas.

Tertiò habebis intentionem, omnes illas laudes & præconia Deo tribuendi, quas tribuerunt omnes beati spiritus & animæ, quæ fuerunt, sunt & erunt in omnem æternitatem. Speciatim offer merita, & preces beatissimæ Virginis Mariæ, dicens: *Domine tu corda omnium, tu scis & vides infirmitatem meam, opto quidem & medullitus desidero te laudare, quia tamen peccatrix est anima, & indigna, qua famularum tuarum contentio perfruatur, idcirco laudes meas unio cum illis, quas tibi tribuerunt omnes sancti, Angeli, & specialiter sancta sanctorum gloriosissima Virgo Maria.*

Quartò potissimùm cavebis, ne tempore solari alia colloquia instituas, turpè quippè est cum creaturâ conversari, ubi Creator est præsens, nec tales preces exaudit Deus, quin potius aures occludit; ut taceam, à talius suæ obligationi neutiquam satisfieri, quod serio observandum.

In alijs actionibus quibuscunque semper curare fructum & meritum elicere, vel piâ aliquâ consideratione, vel aspiratione: v. g. dum manus lavas, cogita puritatem animæ & confundere, quod tam exiguam curam

A a

geras

geras de lavandâ animâ ; considera infir-
per, quàm sis misera & infirma, tametsi enim
sæpissimè proponas, Deo in innocentia cor-
dis tui servire, nihilominus frequenter ad
vomitum redis, & quemadmodum manus
post lotionem mox inquinantur; ita & ani-
ma tua, tametsi pretiosissimo Christi sangui-
ne lavata, sædissimis tamen peccatorum ma-
culis iubitò despurcatur, unde summopere
doleas & gratiam efflagites, ut, quemadmo-
dum corpus à sordibus purgas; ita & pollis
labes animæ abstergere. Convertete ad
Deum tuum, & ingemisce: *Domine Iesu
qui lavisti nos à peccatis in sanguine tuo, lava
omnes anima mea sordes, & super nivem alba-
babor.*

Si fortè in hortum concedis flores colle-
ctura, considera in eorundem amœnitate
pulchritudinem Creatoris. Candidum lili-
um cum aureis suis malleolis incitamento
tibi sit ad candorem internum, mistum vero
amore in Deum & proximum. Rosa spi-
nis circumsepta excitet te ad fortiter cole-
randas tribulationes. Heliotropium vultu
tibi demonstret voluntatem tuam erga So-
lem divinum incessanter inflectendi. In-
maturus denique & subitaneus florum inter-
ritus, dum hodie sunt, & cras non compa-
rent, admoneat te debilitatis vitæ humanæ
quæ ad instar florum in medio cursu desolat
laquet, pallet, perit.

Ad pulsam horæ denuò recordare mortis
propinquæ, quemadmodum enim horæ tran-
sunt, ita abeunt dies vitæ tuæ. Time, ne
hora illa sit ultima, & illa tremenda, qua an-
te severum Judicem sistaris, strictissimam ra-
tionem de omnibus horis redditura. Elicè
actum contritionis, renova propositum ma-
gno fervore Deo famulandi, & dole de om-
nibus momentis malè consumptis. Oti-
nam mi Deus te nunquam offendissem, uti-
tam omnes horas perditas possem revocare,
ut eas sincero corde in tuo sancto servitio
possem consumere, O quàm mihi displiceat
tam ingens jactura tot horarum, & tam pre-
ciosa temporis! Jesu fili Dei, miserere mei!
In te credo, in te spero, te amo super omnia:
Mariamater gratiæ &c. Angele Dei &c.

Dum mensæ assides, considera miseriam
vitæ humanæ, quæ continuò cibo indiget;
panis indicium tibi esto panis vitæ & divinæ
gratiæ, quo anima à Deo sustentatur & sine
quo vivere nequit. Caro in memoriam tibi
refricet, quod, quemadmodum ipsa est de
animalibus mortuis; ita & tu futura sis esca-
m premium. Nunquam saporis & delectatio-
nis ciborum ita immergaris, ut propterea ne-
gigas lectionem spiritualem, quæ est condi-
mentum animæ. Diversitas ferculorum so-
lidet te in continuo respectu ad divinam
providentiam, quæ implet omne animal be-

nedictione, & dat illis escam illorum; confundat te insuper, quòd, dum Deus tantopere tibi invigilat, tu tam sis tepida, & vel nunquam, vel rarò cogites de condiendis cibis spiritualibus, intellige, varijs virtutibus, quibus oblectes gustum divinæ Majestatis, Nec obliviscaris specialis amoris Dei erga te, dum tibi tam abundanter providet, & multos pauperes longè devotiores fame torqueri sinit, accendere ex hoc ad ferventer redamandum, delitiare in Deo tuo, & clamare: *Quàm suavis es Domine animæ quærens te. Utinam nihil sapiat, nihil dulcescat mihi, nisi tu! tu cibus meus, tu potus suavissimus, tu omnis delectatio mea.* Calor naturalis corporis humani, quo cibi in nostram substantiam convertuntur, fervorem tibi ingerat, quo concupiscas tanto amoris igne in Deum exardescere, ut, quidquid in hoc Mundo Deo displicet, tu digerere, & per quasunque difficultates tollere posses, ne divina Majestas in minimo læderetur, optabis quoque, ut igne illo divino tota tua substantia in Deum perfectissimè convertatur.

Nihil prorsus age, O Anima religiosa, quod non speciali affectu ad Deum dirigas, nihil fortuitò aggredere, nihil perfunctorie exequere, sed semper Dei amore, pro exercitio humilitatis, majori tui ipsius contemptu, aut alio bono fine.

Si cubiculum tuum everris, offer Deo tunc actum humilitatis, & roga, ut, quemadmodum locum istum emundas, ita possis emundare cor tuum, quo dignum Deo habitaculum effici mereatur.

Si flores v. g. efformes, confundere, quod dum flores in manibus tenes, per tuum reporem expellas ab animâ flores virtutum. Scias quoque, quod, quemadmodum flores eo sunt pulchriores, quo naturam magis fuerint emulati; ita anima tua tanto futura sit speciosior, quanto Deo similior, ad cujus imaginem creata est.

Si acu pingis, & partes separatas simul connectis, considerabis, quàm animæ per peccatum à Deo separatae reuniantur Deo admiculantibus mortificationum puncturis. O quoties Deus per aculeos afflictionum & infirmitatum animas alias deperditas ad se traxit? si igitur & tu morbis atteraris, contere & cogita, medium hoc esse efficacissimum, quo Deo perfectè uniaris.

Dum in functionibus culinæ detineris, imaginare tibi Christum, beatam Virginem Mariam, Sanctos Apostolos, vel alios SS. Patronos tuos, & his omnibus prandium vel ornatum apparare stude; mos à S. Catharinâ Senensi cum ingenti spiritualis profectûs molumento usurpatus. Ab igne materiali descende ad æternas erebi flammæ, & considera,

dera, ignem hunc non nisi depictum esse respectu ignis infernalis. Tum gratiam à Deo pete, ut anima tua ita igne divini amoris accendatur, & omninò consumatur, quemadmodum ignis hic ligna consumit.

Si Pharmacopœum tibi incumbit, cogrisque parare medicamenta pro conservandâ corporis sanitate, in laudes Dei resolvere, qui tot media in salutem corporis humani adinvenit, & considera, longè plura adinvenisse pro salute animæ; quemadmodum autem potissima medicamenta sunt amara, ita Deus salutem animæ non nisi per amaritudinem mortificationum quærit, tantoque propinquior est anima salutis æternæ, quanto plures amaritudines tribulationum & dolorum amore Dei exhausserit.

Si infirmis in servis, magnam charitatem eis exhibe. Cùm infirmam lecto affixam intueris cogita, hoc à Deo immissum, ut vel in virtutibus exerceatur, si fuerit bona; vel ut propter peccata & defectus castigetur, si fuerit mala. Ex utroque, sive nimirum propter peccata puniatur, sive ob majus meritum exerceatur, speciale documentum edoces, si enim ob peccata, concipies horrorem de peccatis, ut pote, quibus Deus ad tantam vindictam provocatur, ut etiam in hac re severe in peccatores invehat. Si autem exercitium virtutum, in laudes Dei resolvere,

qui optimè scit dilectos suos visitare, & mirabili ad inventionem coronam æternam auferre.

Si infirmæ fuerint impatientes, comparere eis, consolare & cogita, te longè fore peiorem, si levioribus etiam doloribus excruciareris. Et si fueris ægris præfecta, omnes commoditates tuas relinque, ut infirmas juvare possis, hoc enim summi meriti est apud Deum; ut autem pronior sis ad compatiendum infirmis, memento infinitæ bonitatis divinæ, quæ tuæ miseriæ & infirmitates tam patienter tolerantur. Si ægra febris frigore tremuerit, tu intensiore charitatis ardore eandem inflamma. Si fuerit juvenis, in mentem revoca debilitatem naturæ humanæ, & quàm quilibet omni horâ debeat esse paratus ad mortem, cum *nesciatur dies, neque hora*, unde nunquam suis viribus nimium fidendum.

Si sacro thesauro fueris præposita, cogita, hoc esse officium Angelicum, quia semper Deo & sacris assistis, unde toto nisu functioni tam sacræ incumbendum, vigilantiumque, ut angelicâ puritate eniteas tam corpore quàm animâ. Si vides vel tangis sacros calices, reverenter id facito, cum in ijs consecratur & asservetur pretiosissimum corpus & sanguis Christi Jesu. Ex hoc autem, quod sint argentei, te ipsam excitabis ad majorem

jorem indies perfectionem, ut nimirum argentea sis per puritatem & candorem morum, aurea per amorem erga Deum & proximum, quia & tu non rarò intra te recipis, & contines sacratissimum Sacramentum. Dum oblata & vinum pro Sacrificio affers, lauda Dominum Jesum de tam mirabili & pietissimâ inventionem, qua prodigiòse dispositum erat, ut sub his speciebus tectum animæ nostræ commodius subintraret, age gratias pro tanto beneficio, & implora gratiam tanto favori correspondendi, nec cesses allaborare, ut semper in Christo tuo requiescas, & ardentissimum divinæ charitatis pectus devotissimè ingrediaris. Vestimenta sacerdotalia Passionis Dominicæ te admonebunt: Amictus indigitabit velum, quo benedicta Christi facies cooperiebatur, dum a lapis percussus ut Propheta illusoriè salutabatur: *Prophetiza, quis est, qui te percussit?* Alba Herodianam Sindonem præfiguratur. In cingulo, stola, & manipulo funes venerare, quibus in monte Oliveti captus, in flagellatione columnæ alligatus, & post decretam mortis sententiam ad tollendam crucem tractus erat. Planeta vestem purpuream, qua ut beatus Rex adorabatur, aut vestem inconsumentem portendit, qua ante crucifixionem extus erat.

Luc.

22. 64.

phetiza, quis est, qui te percussit? Alba Herodianam Sindonem præfiguratur. In cingulo, stola, & manipulo funes venerare, quibus in monte Oliveti captus, in flagellatione columnæ alligatus, & post decretam mortis sententiam ad tollendam crucem tractus erat. Planeta vestem purpuream, qua ut beatus Rex adorabatur, aut vestem inconsumentem portendit, qua ante crucifixionem extus erat.

Dum Crucifixi imaginem aspicias, immalos

mentos Christi dolores recogita, & propo-
 ne, afflictiones tuas ejus amore fortiter &
 constanter tolerare. Age gratias pro tantâ
 charitate, & dum brachia extenta, caput in-
 clinatum, latusque apertum intueris, crede,
 vocari te à sponso tuo, ut amorosis amplexi-
 bus te constringat, precibus tuis capite incli-
 nato annuat, velitque, ut internis tuis affe-
 ctibus in cor apertum ingrediaris, unde mox
 ad eum conversa humillimè precare, ut te
 fructuum sanctissimæ crucis & passionis
 participem efficere dignetur: aperi & tu cor
 tuum divinis inspirationibus, expande ma-
 nus & brachia ad amplexandas tribulatio-
 nes, inclina caput, quo ostendas, te annuere,
 approbare, & ratum habere, quidquid Deus
 disposuerit, quæ omnia hoc vel simili affectu,
 quotiescunq; transieris coram crucifixi ima-
 gine, contestaberis: *O mi JESU pro me cruci-
 fixe! Ecce me paratam tecum in mortem ire,
 Non mea, sed tua voluntas fiat. Vel: susci-
 pe me Domine in ulnas tuas, quas in cruce ex-
 pandisti, protege me ab hoste maligno, & fac me
 participem crucis tue. Vel cum Samuele:
 Lequere Domine, quia audit servus tuus. Vel:
 Amor meus, Deus meus, Jesu Christe pro me
 crucifixe, fac me unum tecum, & miserere
 mei. Vel: Adoro te Christe, & benedico te,
 quia per crucem tuam redemisti me. Quo-
 tiescunq; sacris imaginibus te inclinas, sem-*

per venerare speciales earum virtutes, vel irrisiones, quas in hoc Mundo sustinuerunt, v. g. in crucifixi imagine adora Christum Jesum ut verum Regem & Deum, & honora illusiones ob id à Judæis perpessus &c.

Si imaginem beatissimæ Virginis intueris, vel coram tali imagine transis, recordare misericordiæ ejus, saluta eam salutatione Angelicâ, & roga, ut, cum sit Regina Virginum, te quoque in filiam adoptet, quatenus purè, castè & inviolabiliter Filij ejus familiaritas adstare possis.

Coram alijs imaginibus idem facies, & his vel similibus jaculatorijs in tuam operam advocabis: *Omnes Sancti & Sanctæ Dei, quorum reliquie & imagines hic sunt, saluto & veneror vos, intercedite pro me, concedite, ut vestris vestigijs insistere, & virtutes imitari valeam.* Tum admirare Bonitatem Dei, quæ merita servorum suorum non tantum in celo, sed & in terrâ remuneratur, excitare exinde, & propositum concipe ferventer tam benigno Domino serviendi. *Lauda sæpius Deum de nimio amore, quo in miseris mortales flagrat: O beata ille anima, quæ tibi serviunt, Deus meus! O quam munificenter remuneraris omnes etiam minimos labores pro te exantlatos! O excægatos mortales, qui te Dominum tam gratiosum naseant, & Abusum, Domino tam infido, tam fallaci & per-*

adherent! *Benedictus sis Deus meus, qui me ad servitutem tuam vocasti, benedicta sit illa hora, benedictum illum momentum, quo Religionem sum ingressa, & Mundo cum omnibus Creaturis valedixi, ut tibi, O Jesu mi amantissime! me desponsarem. Elegi te, O mi Jesu! tibi speravi, tibi me totam consecravi, manebam confans, teque solam unice amabo, Ah O utinam confirmaretur hoc propositum meum! utinam in tuo amore ita inardescerem! ut solum propter te viverem, & simul morerer.*

Dum vestibus te exis, roga Deum, ut unam vestimentis omnes vitiosos habitus deponere possis. Lectum ingressura, cogita, quemadmodum somnus est mortis imago; ita lectum esse figuram sepulchri, unde timeas, ne fortè in lectum descendens, nunquam amplius surgas, atque adeò è molli lecto abeas ad ignem purgatorij, aut, si in peccato mortali fueris, ad æterna incendia, sitque nox illa ultima & complementum totius vitæ tuæ; quæ cogitationes haud dubiè urgeant, ut semper, priusquam in lectum concedas, sollicitè conscientiam discutias, & ex toto corde doleas de omnibus peccatis & defectibus tuis. Tum commenda te dilecto tuo, & imaginare tibi, te latitare sub brachijs crucifixi. Plurimis est in more positum, ut tota nocte crucifixum inter brachia teneant, aut saltem brachia in modum crucis invicem

refle-

reflectant, quod potissimum incumbit animabus religiosis, sponſis Christi, quibus præ omnibus alijs sponſus in pretio est habendus, ut adeò semper ab ipſo dependeant, ejusque sanctissimæ cruci sint affixæ. Proderit insuper hunc suum amorissimum sponſum dulci alloquio dissuaviare: *Tu mi Jesu, Ah! mane mecum, totâque hac nocte placidissime mecum dormi, ut, dormiente corpore, mens mea semper ad te vigilet, & te presentem videat. Vel: fac me, Jesu dulcissime, super prectus tuum requiescere; Da, ut omnes halitus hauriam de mellifluo corde tuo: Infuset Spiritus tuus suavissimus in animam meam, eamque absorbeat, & inseparabiliter sibi uniat. Offero tibi, mi sponse dilectissime! omnes motus, omnes gestus & halitus meos, nihilque intendo, nisi te laudare & benedicere.*

Optimum deniq; remedium contra peccata erit præsentia Dei, quam sibi quisque ferriò imprimat, cogitetque, Deum omnia videre & audire, ex quo accrescet ingens desiderium Deo in omnibus placendi, & cum Mandatum reliquerimus, ut hæredes æterni gaudij constitueremur, vitam nostram tam religiosè instituere cogimur, ut eodem digni efficiamur, quod fiet, si Regulas & Constitutiones nostras accuratè observaverimus.

Nonnullæ devotæ animæ pro felicitate virtutibus progressu solent in speciale am-

lum vocare B. Virginem Mariam, & sanctissimum ejus Filium Christum Jesum, unde nunquam cellâ progrediebantur, aut egrediebantur, nisi genuflexæ, & petitâ prius benedictione: *Nos cum prole piâ benedicat Virgo Maria, vel saltem Ave Maria.* His enim securas se credebant ab omni infestatione, & prolapso in offensam Dei. Nec frustra, certam enim est, quod talia præstituris divinum auxilium tam opportune sit adfuturum, ut in omnibus vincant, crescant in spiritu & perfectione, ac tandem ad cœlestes agni dapes latæ avolent.

APPENDIX.

UT securior sis ab omnibus periculis, Anima devota, accelerato gradu contendit ad foramina Petræ, ibique omnes sensus tuos exteriores reconde. *Petra autem est Christus,* foramina sunt sacratissima quinque vulnera, hæc singulis diebus exosculare, & vel unico *Pater & ave* saluta. Optimum erit, si accesseris venerabile Sacramentum, ibique in genua prostrata quinque diversis vicibus: Manè dum surgis, ante & post Missæ Sacrificium, post mensam, & sub vesperam recites salutationem supra notatam: *Ave Domine Jesu Christe &c.* tum subjungas I. in honorem sacratissimi vulneris in latere accipri semel *Pater & Ave,* ut gratiam tibi concedat,

dat, refranandi linguam tuam, quia *ex abundantia cordis os loquitur*. II. In honorem SS. vulneris dexteræ, idem facies & petes gratiam refranandi *gulam*, cum hæc sit lapis lydius, quem Dæmon suis technis præstituit, quo dexteriùs animas in viam sinistram & reprobam abducatur, hac autem superatâ omnes sensus promptiores sint ad extirpanda vitia & comparandas virtutes; qui enim *fraverit gulam suam, reliqua vitia facile superabit*. In sinistrâ petes gratiam de nullo sinistrè judicandi, sed quidquid videris in optimam partem interpretandi, & semper oculos tuos ad te ipsum reflectendi conformiter monito Christi: *Nolite judicare, & non judicabimini*. In dextro pede adorabis perfectam Christi obedientiam, petesque gratiam abnegandi proprium iudicium, moxque, ut audieris Superiorem, obtemperandi. In sinistro pede veneraberis generosam Christi constantiam in maximis etiam doloribus, & petes gratiam, *currendi in odorem unguentorum ejus*, id est, plurimorum exemplorum, quibus tibi præluxit ad omnem in quibuscunque adversitatibus generosam patientiam, tametsi enim hæc ipsa patientia mundanis fuerit stultitia, atque adeò via sinistra, æternæ tamen sapientiæ erat via rectissima, quâ æterno Patri placeret, desideratamque de inimicis victoriam gloriosissimè reportaret.

De dignitate, & Excellentia

Status Ecclesiastici, & de Ordinibus Sacris:
In gratiam eorum, qui, antequam Ordines
Sacros accipiant, decendiali secessu
se disponant.

Nonnulli zelotes in multis Ecclesijs lau-
dabilem consuetudinem introduce-
runt, ut vel non promoveatur ad Sa-
cros Ordines, vel promotus non permitta-
tur eosdem exercere, nisi prius ab hominum
confortio semotus, ad tantum Sacramentum
se ritè disposuerit. Mos iste etiamnum in
plurimis Religionibus viget, mos verè san-
ctus & nunquam intermittendus. Quid
tam convenientiùs, quàm ut quis noverit
status amplectendi condiciones, ne, dum
pacta fuerit alea, serò pœniteat, suamque
ignorantiam frustra alleget. In toto autem
Orbe non est status sublimior, gravioribus-
que obligationibus innexus, quàm Status
Ecclesiasticus, unde summa quoque necessi-
tas, ut ejus gravitas prius consideretur quàm
incipiatur. Oberit plurimùm, si quis sta-
tum hunc elegerit, & non simul mores ac vi-
tam emendaverit; non habitum externum
detulisse proderit, si vitâ peiores fuerimus
quàm sæculares; nec utilitatem afferet Ec-
clesiastico munere eminuissè, si, neglectis
Ecclesiæ functionibus, magis affixi fuerimus
Mundo

Mundo & creaturis, quàm Domino & Creatori nostro. Habes igitur, omnis Anima, quæ ad statum hunc anhelas, habes, inquam, cur seriò cuncta perpendas, cogitesque quantâ puritate & fervore Deo in posterum famulari, eique uni & soli placere velis, ad quod haud parum proderit, si decendiali secessu te collegeris & praparraveris.



DIES PRIMUS.

De Excellentia & Dignitate Statûs Ecclesiastici.

MEDITATIO PRIMA:

PUNCTUM PRIMUM

CONSIDERA, O Anima, quod si opera merituri voluerimus à suâ origine & Auctore, præstantissimum omnium sibi vindicare Statum Ecclesiasticum, qui aliud principium non agnoscit quàm Deum, nec alium Auctorem quàm Sanctissimam Trinitatem, quæ totam suam potentiam impendit nobis, ut mortalis homo per statum Ecclesiasticum eveheretur ad officium Angelicum: unde (si S. Chrystomo adstipulamur) Spiritum Sanctum delegavit, qui singula ritè disponeret: *Quippè non mortalis quisquam, Lib. 3. de Sacramentis, c. 3.* inquit S. hic Doctor, non Angelus, non Archangelus, non alia quævis creata potentia, sed ipse Paracletus Ordinem hujusmodi disposuit, qui mortalibus hominibus, etiamnum in carne manentibus, Auctor fuit, ut Angelorum ministerium animo conciperent. Considera tunc, quàm obligeris Deo servire, qui tanto honore te prævenit.

Bb

AFFE-

AFFECTUS.

O Quantam obligationum myriadem tibi ipsi imposuisti, anima mea, dum tanto oneri humeros supposuisti! Sortita es ministerium Angelorum, ergo puritate candida, amore rubicunda, fervore ignita, vitâ & moribus innocens & immaculata sis oportet. Quid, obsecro, O tremende rerum Monarcha! in me tibi placuit, ut ad officium, ipsis etiam Angelicis humeris formidandum, me seligeres? O quam magnus est amor tuus, Deus benignissime! Non est, cur perspicacissimis tuis oculis infirmitatem meam pandam, tu nosti omnia, tu scis miseriam & imbecillitatem meam, & hoc ipso, quod omnia tibi pateant, cogor summoperè demirari, laudare & prædicare immensam bonitatem tuam, quâ respexisti me. Ah! dignare me, O Deus benignissime! laudare te & sincero corde deservire. Tu Auctor es omnis boni, à te promanat, quidquid Sanctum, quidquid laudabile præstari potest. Paratus quidem sum, dignè tibi famulari, paratus Angelico incessu, vitâ & moribus officium tam sublime peragere, paratus eo amore, fervore & reverentiâ tibi obsequi, quibus tibi ministrant Cherubim Seraphim & tota Cœlestis Curia. Sed O fragilem me! Minister sum Ecclesie mili-

tantis, quemadmodum illi triumphantis:
 At, O dispar devotio! dispares mores! inæ-
 qualis dispositio! Cur non repellis me, &
 detrudis in abditissimos terræ seu potiùs in-
 fernalis ergastuli angulos? Domini terre-
 stres eligunt optimos quosque famulos, & tu
 Scrutator cordium contentus es tam misera-
 bili creaturâ? O fons pietatis! O asylum
 perditarum animarum! Sit nomen tuum be-
 nedictum; Benedicta sit tua bonitas & infi-
 nita misericordia. Desperarem, succumbe-
 rem, perirem, nisi tua Bonitas me consolaretur;
 In hac igitur confido, hâc adminicu-
 lante pergam tuus esse minister, faciam quod
 fuerit in me, quia certus sum, quod non desis
 sperantibus in te. Adjuva, O mi Deus! ad-
 juva voluntatem meam. *In te Domine spe-*
ravi, non confundar in æternum. Inclina ad
me autem tuam, accelera, ut eruas me à cœno
peccatorum meorum. Asperge me hysoppo mi-
strationum tuarum, lava me & super nivem
dealbabor.

Pf. 30.
2. v. 3.
Pf. 50.
9.

Fructus & proposita.

Seria Statûs hujus consideratio non tan-
 tum excitabit in te affectus illos inter-
 nos, sed movebit insuper ad veram vi-
 tæ morumque emendationem. Quapro-
 pter, quemadmodum S. Bernardus, ut in-
 stante

B b 2

myriadem
 a mea, dum
 ppositi!
 um, ego
 a, fervore
 c immacu-
 o, O tre-
 e tibi pla-
 gelicis hu-
 ? O quam
 ignissime!
 oculis in-
 sti omnia,
 n meam, &
 nt, cogot
 prædicare
 à respectu
 benignissi-
 deservire.
 oromanat.
 labile præ-
 m, dignè
 ncessu, vitâ
 peragere,
 rentia tibi
 Cherubim.
 Sed, O
 lefiz mili-
 tantis,

stante tempore ad perfectionem religiosam se excitaret, continuo sibi inclamabat: *Bernarde, ad quid venisti?* ita & tu in omnibus actionibus te alloquere: *Memento, cuius ministerium sortitus sis; vocatus es ad munus Angelicum, ne igitur humanis te immiscui.* Minister Dei non habet, cur auscultet rumoribus Mundi aut terrenis discursibus, sed soli divini eloquio aures apertas habeat necesse est. Unde ei semper cum Samuele ingemiscendum: *Loquere Domine, quia audivi servus tuus.* Omnis discursus, qui non de Deo, vel cum Deo, aut propter Deum fuerit, à Dei ministro prorsus est eliminandus. Deus unicum ejus objectum, unicum solamen & refrigerium esto. *Pauci quidem sunt, qui capiunt verbum hoc, sed recordare, quod & pauci sint, qui ingrediantur regnum caelorum; si ergò vitam æternam desideras, cum paucis illis cape verbum hoc: Famulare Deo ex toto corde, & quantum potes, à terrenis te abstrahe.*

PUNCTUM SECUNDUM.

Considera, Anima à Deo electa, summam dignitatem, ad quam per hoc ministerium es evecta. Crede, O Anima, ministros Ecclesiæ nihil aliud esse quàm ejusdem ornamentum. *Ipsi sunt, inquit*

quit S. Prosper, Ecclesie decus, in quibus amplius fulget. Ipsi sunt columna firmissima, quibus in Christo fundatis nititur omnis multitudo credentium. Ipsi janua civitatis aeternae, per quos omnes, qui credunt in Christum, ingrediuntur ad Christum. Ipsi janitores, quibus datae sunt claves regni caelorum. Ipsi etiam dispensatores regiae domus, quorum arbitrio in aula Regis aeterni dividuntur gradus & officia singulorum. Dignitas verè inexplicabilis.

Considera II. Quò dignitas est major, eo qualitates requiri praestantiores; cum igitur haec sit summa dignitas, praestantissimae quoque qualitates requiruntur. Discute nunc teipsam, O Anima, & vide, an talibus requisitis praeulgeas, Status enim Ecclesiasticus non in habitu aut beneficijs consistit, sed in diligenti & accuratà executione officij, quod est subeundum.

AFFECTUS.

M. **A**H pauperem me! O me infelicem! Non est, cur interiora cordis mei ingrediari, patet, Ah! patet primo statim intuitu miseria & indignitas mea. Quomodo apparebo ante faciem tuam Deus meus, si de concessio tanto honore rationem exegeris? Ornamentum sim Ecclesiae; columna sim firmissima, cui caeterae oviculae in-



nitantur; janitor sim, & janua regni cele-
 stis; Et ecce! *Imperfectum meum viderunt*
oculi tui. Dedecus sum, lapis sum offen-
 sionis & petra scandali, ob exiguum ferro-
 rem, pietatem & reverentiam erga te, unde
 non retero, sed occludo ovis tuis januam
 Paradisi. Cur ergò non excidis me, & in
 mare demergis, O mi Deus? Ah quam con-
 fundor! quam erubesco de tepore & negli-
 gentiâ meâ! O quam terribiliter insonat au-
 ribus meis exprobratio illa, qua & me, & o-
 mnes mihi similes graviter objurgas: *Et vos*
inhonorastis me. Utique, O mi JESU! in-
 honoravimus te, habes fatentes reos. Con-
 fitemur tibi Domine in toto corde nostro,
 confitemur in consilio omnium Sanctorum
 & congregatione electorum tuorum, quod
 verè tanto munere indigni simus, nostraque
 audaciâ, qua nullis nostris meritis tantam di-
 gnitatem amplexati sumus, tuam iracun-
 diam in nos provocaverimus. Irascere igitur
 O mi JESU, effunde iram tuam, sed in te-
 pore, in negligentias & peccata nostra;
 hæc elimina, hæc exturba & renova faciem
 sterilissimæ terræ nostræ. Irrora aridum cer-
 nostrum aquâ sapientiæ salutaris, quâ di-
 gnoscamus obligationem nostram: Accen-
 de lumine fervoris tui, in tenebris & in um-
 brâ mortis sedentes: Emolli gratiâ tuâ uber-
 tate sicut lac coagulata, & in suis miseriis
 data

Jo. 8.
49.

Pf. 138.
16.

curata corda nostra. Ecce fatemur fragilitatem nostram, precamur veniam ut miserabiles homunciones; Tu ignosce ut benignissimus Pater; Robora ut fortissimus Deus; inflamma ut ignis semper ardens & nunquam deficiens; suscipe nos, adjuva nos, & salvemur. Amen, Amen.

Fructus & proposita.

Fructum uberrimum capies, si serio proposueris, omnia illa, quæ ad statum tuum requiruntur, exactè & ad amissim peragere. Quapropter exercebis te continuo in ijs omnibus, ad quæ obligaris, ne si seculus feceris, honoremque tibi concessum non asstimaveris, Deus manum suam abstrahat, neque omnium ludibrio exponat, quemadmodum Levitis factum, ad quos per Malachiam Prophetam os Domini: *Quia recessisti a via, & irritum fecistis pactum Levi, propter hoc dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis.* Credas, O Anima, præcipuam & unicam causam, cur status Ecclesiasticus hoc tempore tam exiguo pretio habeatur, esse perversos Clericorum mores, & plurimas negligentias, quæ contemptum istum à divinâ justitiâ extorquent; Deus quippè idoneos ministros cupit: *Idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti,* inquit S. Paulus. Si

Malach. 2. v. 8.
2. Cor. 3.

Bb 4 igitur

igitur tam desides fuerint, mirum non est, quòd reprobentur, & tanquam purgamenta omnium pedibus conculcanda proijciantur. Et, utinam terreno hoc contemptu divina justitia exsatiaretur! ultrà, pro dolor! & quidem in ævum progreditur, æternisque cachinnis delinquentes exponit. Quod malum ut effugias, revertere, O Anima, confunderè, dole & connitere, ut omnes actiones tuæ suscepto officio concordent, sisque digna Ecclesiæ famula.

PUNCTUM TERTIUM.

STatûs tui excellentia ulteriùs ex hoc patet, Anima à Deo electa, quòd omnes actiones Ministri Ecclesiastici principaliter sint ordinatæ ad honorem & servitium Dei. Crede, tibi inculcari à Deo eadem verba, quibus Moyses refractarium Core perstrinxerat: *Num parùm vobis est, quod separaverit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, ut serviatis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentiâ populi, & ministraretis ei?* Tantum profectò hoc est beneficium, ut divina bonitas totam se in statum Ecclesiasticum effudisse videatur. Quid enim mirabiliùs, quàm vocare aliquem ad familiaritium, & postea non ut servum, sed ut intimum amicum, tractare? Vocavit te Deus ad servi-

Num. 16. v. 9.

servitium suum, & tractat te ut intimum:
Vobis datum est nōsse mysterium regni Dei. Et Luc. 8.
 tibi: *Jam non dicam vos servos, quia servus v. 10.*
sciebat, quid faciat Dominus ejus. Vos autem Joan.
faci amici, quia omnia, quaecunque audivi à 15. v.
Patre meo, nota feci vobis. 15.

Confidera, si apud terrenos Principes
 adeo æstimatur communicatio intimorum
 consiliorum, tantumque laboris impenda-
 tur, ut favor iste obtineatur aut conserve-
 tur, quid non faciendum ministris Dei?
 Quam nobiles, quam puræ, quam religiosæ
 debebunt esse eorum actiones, ut concessæ
 dignitatis sublimitati respondeatur, favor-
 que tam inexplicabilis conservetur? Pau-
 lus totum hoc S. Augustinus expressit, dum
 ministro Dei nihil quærendum voluit, quam
 ipsummet Deum. *Cui Deus portio est, nihil*
debet curare nisi Deum. Confidera, qualis
 tu sis, & an cor tuum non sit divisum?

AFFECTUS.

Nunc quoque, O mi JESU! *in amaritu- Job. 23.*
dine est sermo meus. Quis mihi tri- v. 1.
buat, ut satis explicem tristitiam &
dolorem cordis mei? Afflictus sum, & intui-
tu fragilitatis meæ humiliatus sum nimis.
Non duplex sed multiplex tædium me accipit, Sap. 11.
& gemitus cum memoriâ præteritorum. La- v. 13.

Pf. 6. & boro nunc in gemitu meo, nec audeo attollere
Jerem. oculos meos ad divinam Majestatem tuam,
45. quia turbati sunt à furore, quo impudens in te
exarsi, reluctans mandatis tuis, & insurgens
contra formantem me. O quàm contur-
bor! quàm angustior ob delicta mea! Utinam
te nunquam offendissem, aut saltem
peccatorum meorum conscius nunquam au-
sus fuisssem tantum ministerium suscipere.
Quid faciam miser, aut quò fugiam? Non
parat effugium, nisi ad te, O Deus meus. Pen-
nam igitur coram te iudicium, confitebor ad-
1. Reg. versum me injustitiam meam, & replebo cor
14. v. meum increpationibus. Objurgabo me ipsum,
43. & irascar, quod gustans gustaverim paululum
de melle terrenarum voluptatum, te derelin-
quens, qui es dulcior super mel & favum.
Super hoc expavescit cor meum, & emotum
est de loco suo, justo timore perculsum, ne cum
flagitiosissimis illis ministris Core, Dathan
& Abyran ad flammam æternam detrudatur.
Miserere, O mi Jesu, miserere famulo tuo
veniam humillimè deprecanti! Audi, obse-
cro, gemitum compeditæ animæ meæ, respec-
te me oculis misericordiæ tuæ, & sub umbra
alarum tuarum protege me. Facessite ille-
cebræ sæculares; abeste honores & dignita-
tes; fugiat quidquid Deum meum & glo-
riam ejus non sapit. Tu, O mi Deus, omne
bonum meum, omnis voluptas, omnis
honor

honor, omne solatium meum, Deus meus,
omnia.

Fructus & proposita.

Toto nisu conare, Anima à Deo electa,
ut tu, tuaque omnia penitus Deo con-
signentur. Et si tepor obrepserit, re-
verte oculos tuos ad ceteras creaturâs, quæ
omnes suo fini non aliter intendunt, ac si
essent, ob ingens creationis beneficium ob-
ligatas se esse ad serviendum Creatori suo;
quod tu longè majoribus titulis devinci-
tis, utpote quæ non tantùm è limo terræ pro-
ducta es, sed insuper ad imaginem Dei crea-
ta, & quod omnia excedit, ad tantam di-
gnitatem evecta es, ut idem ipse Creator se ti-
bilibissimæ creaturæ suæ submittat, pretio-
sissimumque corpus & sanguinem suum di-
spensandum committat, ex quo, quanta ob-
ligatio Deo serviendi insurgat, metiri pote-
ris ex ipsiusmet beneficij præstantiâ; cui,
cum devota quædam anima intendebat, adeo
eius sublimitate absorbebatur, ut capere non
posset, qui fieret, ut tot Clerici tantâ impu-
dentiâ sacratissimo hoc suo ministerio abute-
rentur, mundanis negotijs totaliter immersi,
nihilque minùs cogitantes quàm hanc suam
dignitatem. Unde mirabunda exclamabat:

¶ Ter

ster est, seruiat Mundo? Quomodo est possibile, ut, qui idcirco Mundum reliquit, ut expeditius seruiat Deo, tam citò respiciat, manumque removens relinquat Deum, ut seruiat Mundo? Captu sanè difficillimum abundantissimisque lachrymis descendum hoc esse, annuet is, qui gratiam hanc Ecclesiasticis præstitam probè consideraverit. Imprime tu eam cordi tuo, suspira, plange & ingemisce de vitâ præteritâ tam incuriæ tractâ; propone, in sancto timore & simul etiam filiali erga Deum reverentiâ omnia peragere, totumque te divino officio consignare. Alloquere teipsum frequenter, & in memoriam revoca, quòd Deus minime tuus indigus (utpote Patronus, Dominus, Creator & Deus tuus) nihilominus tamen absque ullo tuo merito benignissimè te respexerit, tuisque commodis invigilaverit, & etiamnum summo tuo bono sollicitissimè sit intentus. Quàm ergò perversus esses, quantisque supplicijs teipsum subderes, si in famulum & intimum amicum electus, aliter seruires, aut de alio cogitares, quàm de tuo gratiosissimo Benefactore. Hunc ama, hinc omnes tuos gressus, gestus, halitus & motus devove, omnia ad maiorem ejus gloriam faciendum.



DIES

DIES SECUNDUS.

De Habitu, & primâ Tonsurâ.

MEDITATIO SECUNDA:

NE Ecclesia in determinatione habitus
Ecclesiastici ignorâsse videretur pa-
radoxum illud: (*Habitus non facit
Monachum*) studiosè in suo Tridentino
tracavit, factique rationem annexuit, di-
cens: *Quia verò, & si habitus non facit Mona-*
chum, oportet tamen vestes proprio congruentes
ordini semper deferre, ut per decentiam habi-
tus extrinseci morum intrinsecorum honestatem
ostendat. Ubi vides, causam determinatio-
nis non esse aliam, quàm ut vel ipsomet ha-
bitus intuitu singulis pateret, quibus quali-
tibus, quanta internorum & externorum
compositione, quâ modestiâ & gravitate
ornatus esse debeat, qui hoc habitu est in-
dignus, quia verò pientissima Mater nostra
robè novit, Clericos nunquam eò deventu-
ros, ut tantæ suæ obligationi satisfaciant, nisi
purificationis & patientiæ fræno sensuali-
tates suas coercuerint, colorem nigrum eis
descripsit, proprium mœstitiæ ac pœniten-
tiæ Symbolum, maternè per hoc singulis in-
dicans, quod Christus Dominus sequacibus
suis

DIES

Matth. suis inculcavit: *si quis vult venire post me, ab-*
 16. 24. *neget semetipsum, & tollat crucem suam, & se-*
quatur me; quod tam est necessarium, ut,

Luc. attestante eodemmet divino Magistro, im-
 possibile sit, quempiam salvari posse, qui se
 ipsum non abnegaverit & serio de commul-
Luc. sis pœnituerit: *si pœnitentiam non egeritis, ni-*
 13. 5. *mines simul peribitis.*

PUNCTUM PRIMUM.

Cum Persona Ecclesiastica vi sui habitus
 obligetur, ut pœnitentiæ & mortifica-
 tioni invigilet, considera, duo esse

pœnitentiæ genera: unum externum, quod
 consistit in externis mortificationibus, ut pa-
 ta gestandis cilicijs, faciendis disciplinis, je-
 junijs &c: alterum internum, supprime-
 do motus internos, refranando passiones dec.
 in quibus vera pœnitentia consistit, & ad
 quam potissimum nos invitat S. Joannes Ba-
 ptista dicens: *facite fructus dignos pœnitenti-*
Luc. *æ.* Quid enim proderit, carnem afflixisse,
 3. 5. *si interim passionibus serviatur? Nunquam*
sanè hominis mortificati nomen sibi vendi-
cabit, qui solis exterioribus intentus, de in-
terioribus nihil aut parùm est sollicitus. Di-
gni autem & veri pœnitentiæ fructus ac signa
internæ mortificationis sunt. I. Magnum
odium erga peccatum mortale, horror &
aversio

aversio ab offensâ Dei; Promptitudo ad tolerandum potiùs omne malum, quàm Deum vel minimè offendere velle. II. Fuga omnis illius, quod potest esse occasio offensæ divinæ; unde relinquendæ erunt omnes vanitates & illecebræ, quibus sensus commoveri possunt. III. Profundissima humilitas, in qua pœnitens peccator continuò se exercent. IV. Continuus quidam dolor de peccatis, quia sunt offensâ Dei, & resistunt amorì divino, ex cujus motivo dolor iste scaturire debet, cum juxta S. Augustinum *certam pœnitentiam non faciat, nisi odium peccati, & amor Dei*. V. Magnus zelus erga honorem Dei & ea omnia, quæ ipsum concernunt. VI. Ardens desiderium perfectè satisfaciendi divinæ Justitiæ.

Considera II. si hi sunt digni pœnitentiæ fructus, & tales actus mortificationis, quibus animam Ecclesiasticam convenit esse ornatam, & ad quos vi sui habitûs invitatur, necessariò sequi, eos debere esse continuos, cum & habitus continuò deferatur, ut adeò cuilibet tali animæ semper cum S. Paulo exclamandum: *Propter te mortificabor totâ die*. Rom. 8.

Considera III. Tametsi vera pœnitentia potissimùm in interiorum mortificatione consistat, exteriorum nihilominùs necessariò adjungendam esse, ne caro recalcitret, spiritumque

tumque supprimat. Quemadmodum enim non sufficit habere equum ad currendum velocissimum, nisi addatur & frænum, quo debitis loco & tempore inhibeatur; ita non sufficit magno fervore ad virtutes inardescere, nisi addatur frænum mortificationis, ciliciorum, flagellorum, jejuniorum &c. quibus rebellis caro ad cursum vitiorum semper expeditissima coërceatur, & ad viam justitiæ ac fidei Dei obsequium inflectatur. Quid non benedictissimum totius Ecclesiæ caput Christus Dominus ac Redemptor noster egit, ut se omnibus absolutissimum exemplar præberet? Sanctissimus erat corpore & animâ, nulli vitio subjectus; omnia ad normam spiritus temperata; nulla sensualitas, nulla passio, nullus, ne minimus quidem, motus vel a longè recalcitrare satagebat, & tamen totum vitæ suæ tempus consumpsit in jejunijs & alijs mortificationibus corporis: Jejunabat quadraginta diebus & totidem noctibus, fugiebat consortia hominum, frequenter in desertis latitans, circuibat Castella & Civitates, peragrabat incultissimas Oras, tantumque pro salutem nostrâ laborabat, ut prope viribus deficeret, & ne omninò succumberet, cogere ad requiem capeffendam. *Fatigatus ex itinere sedebat supra fontem, inquit S. Joannes. Quinimò adeò salutem nostram vigilabat, ut necessariam corporis refectio-*

Jo. 4. 6.

nem

tem negligeret; nec spatium manducandi haberet, eo solo cibo contentus, quem è divino Patris beneplacito scaturire digno-
ceret: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem* *Jo. 4.*
qui misit me, ut perficiam opus ejus. Ut
taceam innumeras misérias, quas in infantiá
et tempore sacratissimæ Passionis sustinuit.
Et hæc omnia, ut occurreret obligationi, ad
quam per assumptam propter nos mortalita-
tis vestem inducebatur.

Considera hæc, O Anima, & altè cordi
imprime. Discute interiora tua, & vi-
de, an etiam tu satisfacias ijs, ad quæ per ha-
bitum Clericalem obligaris.

AFFECTUS.

O Mi JESU! O candor lucis æterna, Pul-
chritudo tam nova quàm antiqua! O
quàm mutatus est in te color optimus?
Sap. 7.
v. 26.
Caro tua infirmata sunt à jejunio, & caro im-
mutata est propter oleum misericordiæ infini-
ta. *Pf. 109.*
v. 24.
qua nimium prodigus in miseros ho-
mines ferebaris. Egredere anima mea,
aperi oculos tuos, & intuere *speculum sine*
maculâ Dei majestatis. *Sap. 1.c.*
Vide, quàm vestis
caro inconsutilis (caro sanctissima) nullo un-
quam humanæ defectuositatis vinculo inne-
ditâ ab infami mortalium face fuerit despur-
gata, discissa, ac tandem ignominioso Cru-
cis

Cc

cis

cis velamine involuta. O dilecte mi, O
Eccles. absolutissima imago Bonitatis Dei! *Admira-*
43. v. batur oculus meus pulchritudinem Caerolis
20. tui, sed (*Ah! quis dabit capiti meo aquam,*
Jerem. *et oculis meis fontem lachrymarum, ut plorem*
9. 1. *die ac nocte interfectum te ab ingratis-*
populo tuo?) super imbrem pretiosissimi
Sanguinis tui expavescit cor meum. Unde,
 obsecro, tam admiranda rerum facies in
 splendore vultus tui? O Pater aeternus
Gen. 37. *de, an hæc sit tunica filij tui, annon?* Tunica
v. 32. filij tui est, sed fera pessima devoravit eam,
 peccata nostra assumptam hanc mortalitatis
 tunicam adeò devastârunt, distorserunt, ex-
 carnificârunt.

Quid ad hæc O Anima mea? Christus
 innocentissimus & immaculatus agnus con-
 culcari, dilacerari, occidi voluit, quia id ur-
 gebat assumpta humanitatis vestis & tu aulicam
 tam effronti refugies pati, tribulari, affligi!
 Nonne & tu per habitum clericalem induisti
 tunicam mortificationis, abjectionis & mo-
 destiæ? Quid ergò tecum erit in die Judicii,
 quando apparebis plena luxu & vanitatibus,
 totaque delitijs & voluptatibus terrenis im-
 mersa? Ah durum, imò durissimum judi-
 cium tibi erit! Non reflectet severus iudex
 justissimæ suæ æquitatis oculos in habitum
 exteriorem, non sufficiet exteriùs apparatus
 Ecclesiasticum, sed acutè perquirentur habi-
 tus

tus interni mortificationis & veræ poenitentia. Revertere igitur, O Anima mea, inspicere monstratum tibi speculum, & fac secundum exemplar, fac, quod habitus tuus suadet & imperat. Plange, suspira, mortifica te, vive talis, qualis foris appares. Nihil tibi proderunt divitiæ, nihil voluptates, nihil, quidquid Mundus ablanditur. Esto pauper spiritu, sustine & abstine, quia hæc sunt certissima media ad æterna gaudia.

Fructus & proposita.

PRædicta clarè demonstrant, quàm perversè agant Ecclesiastici illi, qui solummodò recreationibus, voluptatibus, cumulandis divitijs, adimplendisque per omnia inclinationibus suis inhiant, cum hæc omnia directè assumpto statui repugnent, eversamque eant normam à Christo eis præfixam. Quos inter cum & tu sis detenta, Anima Deo dicata, nihilque magis abhorreas quàm affligi, tribulari & amore Jesu penuriam pati, habes, unde doleas faciasque efficacis propositum, perfectiùs te posthac divinæ vocationi submittendi, & quidquid miseriarum immiserit, humillimè amplectendi. Confunderis insuper, quòd adeò à Christo differas, cum tamen sis ejus ministra & specialis sectatrix. Unde seriò te resolves,

ves summoperè te mortificare, in cibo & potu, in somno & locutione, in omnibus denique sensibus tuis, summo semper studio adhibito, ne unquam ita sensualitati succumbas, ut potiùs bestia, quàm homo, & quidem Deo facer, appareas. Speciatim verò custodies oculos, nec aspicias quævis objecta & maxime illa, quæ non possunt nisi Deum offendere, aut excitare animum ad affectus mundanos, quibus meritò annumerabis spectacula, Comœdias & alia ludicra, quæ plerumque Sæcularibus ansam scandali præbent, si viderint Ecclesiasticum Mundo mortuum adeò terrenis inhærere. Recordare, O Ecclesiastice, vitam tuam esse vitam mortificationis, nec vivendum tibi ad leges carnis, sed spiritûs, quod S. Paulus seriò Corinthiis suis inculcavit: *In carne ambulantes, non secundum carnem militemus.*

PUNCTUM SECUNDUM.

Considera, Anima devota, habitu Ecclesiastico te indui, ut per eum præcipuis Ecclesiæ Heroibus annumereris, atque adeò, ut quemadmodum hi militibus suis bono exemplo præire, & ad fortiter dimicandum animare debent; ita & tu Christi bonus odor effici debeas, per quem populus Christianus ad virtuosam vitam allicetur.

tur. Addit insuper Ecclesia capillorum abscissionem, quam primam tonsuram appellat, quæ, tametsi non sit Ordo sacer, est tamen introductio & dispositio quædam ad Ordinem, efficitque, ut per eam Clericus & Minister Ecclesiæ constituatur.

Confidera in hac capillorum detonsione pulcherrima latere mysteria; Declarat enim

pram, nullâque figurâ adumbratam vitam, c. 6. Eccl. Hier.

inquit S. Dionysius Areopagita. Et S. Augustinus: *Caput radere, est cogitationes super- De con-*

fluas & terrenas à mente refecare. S. item *temptu*

Hieronymo hæc ratio capitis est *temporalium Mundi.*

omnium depositio. Ex quibus sequitur, Eccl. *ad*

clericales longissimè abesse debere à terre- *quemd.*

nis, nullumque aliud cordis & cogitationum *Levit.*

objectum fovere, quàm quod est æternum & permanens. Unde, dum Episcopus in ca-

pillorum detonsione dicit: *Dominus pars*

hereditatis meæ &c. sanctè innuit, nihil

proprus de Mundo ampliùs quærendum sed

solum Deum, qui unica & optima ejus por-

tio est, quod idem & suscipiens cum Episco-

po dicit in signum protestationis, quòd uni-

cum & ultimatam affectuum suorum obje-

ctum futurus sit Dominus Deus.

Confidera, capillos diversis locis abscin-

di. I. Retrò capitis, ubi est sedes memo-

ria, ad instruendum, quod debeat se excu-

tere & oblivisci omnis levitatis, omnesque

pueriles actus adeò eliminare, ut ne recordari quidem ampliùs velit. II. In fronte, ad edocendum, quâ fiducia in Deum exardescere debeat in omnibus etiam ad vitam necessarijs, unde nimia sollicitudo & omnis anxietas, quæ à Deo avocatur, prorsùs abijcienda. III. propè auriculas, ad demonstrandum, qua alacritate inspirationibus divinis obaudiendum. IV. In vertice, ad informandum, semper in præsentia Dei ambulandum esse, omniaque subeunda cum hilaritate spiritûs, nullo alio habito respectu, nisi ad Dei gloriam & divinæ Majestatis beneplacitum. Velsi dicere malimus: Abscinduntur capilli in toto capite ad tollendas omnes cogitationes, quæ non sunt de Deo, expellendumque quidquid Mundum sapit; vel denique ad inflectendas omnes potentias ad æterna: Intellectum ad contemplationem celestium; memoriam ad assiduam Dei memoriam; voluntatem ad filialem amorem erga Deum, & uno verbo, ut cum Doctore Angelico loquar: *Ne mens Clericorum temporibus occupationibus à contemplatione divinorum retardetur.*

AFFECTUS.

Quando unquam memorabor obligationum mearum, & non inveniar minus

minus habens? O mi Deus, si hoc momento
 appenderes me in staterâ, & exigeres ratio-
 nem statûs mei, quid, nisi severissimum præ-
 ceptum, ut ligatis pedibus & manibus projicerer
 in tenebras exteriores, ubi erit fletus &
 stridor dentium? O miserum me! qui, amoto
 per clericalem tonsuram omni velamine
 terreno, aspicere tamen nolui, quàm sis bo-
 nus, quàm liberalis & benignus erga miseros
 peccatores! Nolui videre, quàm sit suave &
 leve jugum, quod nobis imponis. Ah
 quantis delitijs nunc supereffluerem! si cum
 capillis refecâsem omnes affectus terrenos,
 tibi que soli, qui es unica & optima portio
 mea, perfectissimè adhâsissem. Confundor
 nunc & erubesco, O mi Jesu! lubensque fa-
 teor, omni beneficio indignum me esse. In-
 dignus sum omni favore, quo tuos Ministros
 prosequeris; indignus, qui vel Clericus au-
 diar. Ne, obsecro, O Pater misericordiarum!
 irascatur furor tuus super me; incidi
 quidem in manus tuas, provocavi iram tuam,
 armavi gravissimam dexteram tuam in me,
 sed O inexhauste misericordiarum Pelage!
 O Bonitas immensa, cujus miseratio-
 num non est numerus, respice me oculo pie-
 tatis tuæ, & ignosce veniam deprecanti ser-
 vulo tuo: Miserere, miserere, indulge, quæ
 ignoranter (Ah! ausim dicere, quæ scien-
 ter, perfidè, contumaciter) commisi; O
 Cc 4 utinam

utinam capillos istos refecâssem dudum, & tibi, O mi JESU! adhâssem soli. Accelera omnes potentia meâ. Adjuro vos, & vel invitâs cogo, ut unanimiter astra mecum conscendatis, mansionem vestram ibidem fixurâ. In cœlis, in cœlis sit impofterum habitatio vestra, ne hîc in terrâ nimium tumultuantès evigilare faciatis hucusque patientissimè dormientem dilectum meum. *Altare tibi exstruam, O mi JESU, non solidum, sed inane intrinsecus, ubi igne tui amoris in cinerem redigere poteris, quidquid tibi obstare, quidquid à te separatè potest.*

Fructus & proposita.

Matth.
6.24.

CUM nemo possit duobus Dominis servire, qui unum odio habeat & alterum diligat; aut unum sustineat & alterum contemnat; perfacilè videbis, mi Ecclesiastice, quàm ordine præpostero te gesseris. Protestabaris quidem in primâ tonsurâ, Deum unicam tuam portionem fore, sed, Ah quoties cor tuum divisisti, nec vel umbram legitimo tuo Domino relinquens! Quid enim frequentiùs quàm terrena tractare? Quid acceptiùs quàm divitias corradere? Et quid ingratiùs quàm de Deo cogitare, divinis interesse mystèrijs, Deum interiori & exteriori cultu venerari? Vides in-

stantis

stantis propositi evidens & urgens argumentum? Confundere igitur, confundere, & sapius in die obligationis tuæ recordare. facta cogitatum tuam in Domino, & si terreæ sollicitudines te à Deo avocare satagunt, urgentque, ut divina perfunctoriè peragas, quò diutiùs mundanis invigilare possis, mox animosè & fervidè reponè: *Dominus portio mea, Dominus pars hereditatis mee*, ipse me nutriet. Nec dubita, quin hoc facto evidens auxilium Domini super te visurus sis: Sicut enim Deus unico momento annihilare potest totum id, quod, neglecto ejus servitio, curis transitorijs impendisti; ita eodem momento recompensare potest, quod per frequens & ardens ministerium te neglexisti, humanum & fallax iudicium docet. Hoc igitur primarium tuum studium esto, ut priùs studiosissimè reddas Deo, quæ sunt Dei, tum enimverò ad ea quoque attendas, quæ sunt Mundi, & quæ ad tuam sustentationem fuerint necessaria. Non vult Deus, ut semper fores & in templo commoreris, reculasque mundanas omninò negligas, dum ad eas vocationis tuæ obligaris, sed vult, ut suum cuique tribuas, talemque in tractandis sæcularibus te geras, ut etiam in ijs eum laudes & glorifices, quod fiet, si, necessitate cogente, non cupiditate trahente, ijs insistas, ultimum tuum terminum in Deum figendo. Et

si fortè quidpiam tibi defuerit, resignate in
divinam dispositionem, esto contentus, &
cura, ne Deum amittas, sed semper inviola-
biliter in tuo corde custodias; quo obtento
omnia possidebis, quidquid Mundus auferat,
quidquid molestiæ inferat. Dominus sit
portio tua, Dominus pars hæreditatis tuæ.
Clama frequenter cum Psalte regio: *Unum*
petij à Domino, hoc requiram, ut inhabitem
in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: ne
videam voluptatem Domini, & visitem tem-
plum ejus.

Ps. 26.

45.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera, Anima Deo dicata, Tonsu-
ram clericalem fieri in formam coro-
næ propter plurima motiva. Pri-
mò, quia anima eo ipso momento, quo eam
accipit, Regina efficitur, cum juxta tritum
illud: *servire Deo regnare sit*; et: *Dignitas*
servum esse potentis. Unde omnis, qui divi-
no servitio se mancipat, incipit participare
de Majestate & regali Sacerdotio Filij Dei
propter potestatem & auctoritatem, quæ ei
conceditur in populum fidelem. II. Ut per
eam representetur figura illius, quæ in æter-
nâ gloriâ te exspectat, atque exinde excites
ad continuos in virtutib⁹ progressus. Quæ
admodum enim corona gloriæ obtineri ac-
quit,

nit, nisi mediantibus virtutibus & Sanctita-
ritate, ita & hæc dignè deferri non potest,
si de die in diem proficiatur. III. Ut in
memoriam reducatur spinea corona bene-
dicti Redemptoris, per quam ad eò ei assimi-
aris, ut honorificum reputare, atque ad eò
cum gaudio accipere debeas, quidquid igno-
minia & despectus in caput tuum cudatur.
Nec obstat, quòd spinea corona desierit
Christo in contemptum, tua verò tibi sit in
honorem, hoc enim non deobligat te, sed
potius obstringit & urget, ut patientissimè te
submitas spinis persecutionum, quotiescun-
que & quodocunque Deo placuerit. Po-
tes etiam per spineam hanc coronam cogi-
tare, te familiarissimè invitari & compelli
ad perpetuam dominicæ Passionis memo-
riam, cum enim hanc semper deferas, con-
gruum quoque erit, ut illius, quod repræsen-
tat, nunquam obliviscaris. IV. Ut confir-
metur, Sacerdotium Christi esse vere Sacer-
dotium Regale, cum corona non conceda-
tur nisi Regibus, attestante S. Isidoro: *Ut
significetur regale esse Christi Sacerdotium,
cujus gubernatores tali coronâ redimitos esse
oporteat.* V. Potes tibi hanc coronam ima-
ginari tanquam canalem, per quem divina
gratia influat, cum autem hujus recipiendæ
incapax sit, totusque fluxus retardetur, si cor
non fuerit vacuum & mundum ab omni su-
perfluo,

perfluo, vano & sæculari affectu, ideo necessarium erit, ut ad mentem S. Isidori semper sit expeditus & apertus ad obaudiendum divinis inspirationibus.

Considera ulterius, post hanc tonsuram superindui ab Episcopo vestem albam, quæ cotta appellatur, dicente: *Induat te Dominus novum hominem*; & benè rogatur Deus, ut efficiaris novus homo, cum enim albam hanc vestem meritò possis indigitare vestem nuptialem, quam Dominus tam severè exegit à misero illo, qui sine eâ ausus est intrare, & venire ad nuptias; quidni formidandum, ne & hoc exprobetur omnibus, qui sacri Altaris mensæ interesse cupiunt absque eo, ut vitiorum sordes abluant & permutent niveo virtutum candore? Candidus ergò esse debes, mi Ecclesiastice, & purus ab omni labe, purus in incessu, purus in sermone, purus in omnibus motibus tuis. O quàm displicet Deo videre Ecclesiasticum immundum! tanta sanè creatur nausea divinæ Majestati, ut mox auribus tam impuri hominis insonare jubeat severum illud: *Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* & utinam cohibeat, quod sequitur: *mittite eum ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores, ubi infernalibus spectris, cedat in meritissimam prædam.*

AFFECTUS.

Quid audio de te, O Anima mea! Ah video subiratam Judicem meum! Adest in foribus peccatum, & provocat indignationem ejus. Ergò O Domine mi, ejicies gladium de vaginâ tuâ, & vibrabit in me? An vis, ut exacuetur gladius tuus, & vadat ad dextram vel sinistram, quocunque faciei ejus erit appetitus? Ah miserrimam me! O Superi! Quàm luctuosa hæc erunt facies? Audio insuper tonantem in caelo: Tu autem prophane, impie, aufer cingulum, tolle coronam, hæc enim est, quæ humiliter sublevavit & sublimem humiliavit. Sed, gratum nuntium! Loquere Domine, loquere, quia audit servus tuus. Quid enim dignius, quàm hîc urere, hîc secare, ut æternum parcas? Quid affectuosius, quàm hæc vitâ abluere animos imbre calamitatum, ut mundæ ante tribunal tuum appareant? Feri igitur, trucida, afflige, exacuetur micro divinæ Justitiæ, vertat se quocunque voluerit: paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Melius est incidere in manus tuas, quàm in infernalis inimici, cui ipsum per negligentias & peccata perdidit, illi me consignavi. Erubesco denuò & condor, nec audeo attollere oculos meos, quia peccatum meum contra me est semper.

Corona-

Coronatus sum coronâ clericali, ut eâ cinctus frequentissimè introirem in Sanctuarium vitæ, mortis & resurrectionis dulcissimi Redemptoris mei. Et ecce (O perfidum & ingratum!) ingressus sum speluncam latronum, & habitavi inter gentes, quæ te non noverunt Deum meum, quæ tibi insultant, & quas summoperè detestaris. Cecidi eheu, defilii, & in præceps me ipsum deturbavi è summo honoris culmine, in quod me collocaveras. Idcirco timor & tremor venerunt super me, & nimium quantum vereor, ne in fine vitæ priver coronam gloriæ.

Ah! quò me vertam, ad quem fugiam, ubi inveniam sublevantem me? Desperem? peream tot gratijs præventa? Teneam coronam in capite meo, & tabescam in iniquitatibus? absit hoc à me. Gemam ad fratrem meum, exspectabo eum, qui salvum me fecit. Ipsemet tollam coronam superbie de capite meo, ponam ad pedes severissimi Judicis; Instabo clamans, ut pro suo libitu conterat & conculcet, atque hoc ipsum tantò confidentiùs, quantò inclinatiores novè inhumiliantes se. Utique, O mi Jesu, gemitus meus non erit absconditus à te; En O corculum animæ meæ! vide, O dulcissime dilecte mi, audi, O Jesule mi, plandam & dolorem meum, qui ad eò venerunt super me,

me, ut non sim cessaturus plangere planctu
amaro omnibus diebus vitæ meæ. Suscipe
igitur, & respice me: *Servus tuus sum ego,*
solvum me fac, & ne memineris iniquitatum
mearum antiquarum.

Fructus & proposita.

Imaginare tibi, Anima Deo dicata, singu-
lis momentis urgeri te Prophetico illo
mandato: *Dic Regi, & Dominatrici; hu-*
miliamini, sedete, quoniam descendit de capite
vestro corona gloria vestra. Cùm enim con-
sulam te vides, & in irati Numinis manus in-
cidisse, opportunius remedium non habes
iterum in gratiam redeundi, quàm humilita-
tem. Et si fortè caro tua recalcitrare nite-
retur, tibi que vel tacitè obgannire, cur adeò
humiliationibus te dedas, sæcularesque va-
nitates abhorreas, mox subinferto: *Propter*
multitudinem iniquitatis meæ revelata sunt ve-
recundiora mea: Ille, qui dicitur Christus, fecit
lucrum ex sputo, & linivit oculos meos, aperuit
intellectum meum, & clarè proposuit abo-
minationes, quas minimi etiam defectus
creant divinæ Majestati, ob hoc tactus in-
trifsecus modò video, horroreque impen-
dentis supplicij concussus nolo ulterius in-
te armare omnipotentem dexteram, sed vi-
ta purâ & immaculatâ avertam indignatio-
nem

Jerem.
13. 18.

nem ejus à me. Hæc & similia viriliter opponere omnibus insurgentibus motibus ac sensualitatibus tuis, O Anima, his contunde & disarmas eas. Cave solertissimè, ne unquam ingressum concedas, sed cum primis ingruerint, mox ad coronam tuam oculos reflecte, & recordare spinæ Christi coronæ, constanterque patientiâ statue te genuinam Christi famulam demonstrare. Contemne terrestrem coronam, intellige caducos honores, ut tandem immarcescibili & æternâ coronari merearis. Stude puritati vitæ, eleva mentem ad cœlestia, & vide ibi Choros Angelicos Domino suo in summâ puritate famulantes. Conare eos imitari, & crede, coram Deo non debere stare aut apparere, nisi veste nuptiali, id est, immaculatâ, indulos. Exue seriò veterem hominem, & cum veste albâ indue novum, fervidum & candidum; vive vitam Angelicam, ut cum Cœlestibus Spiritibus Domino tuo dignè merearis assistere tum in hac, tum in alterâ vitâ.



DIES TERTIUS.

De minoribus Ordinibus.

Sacramentum Ordinis septem distinctos Ordines in se continet, quorum quatuor minores, tres majores nuncupantur. Minores sunt: Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, & Acolythatus. Majores: Subdiaconatus, Diaconatus & Præsbyteratus. Qui Ordines, tametsi omnes sint res factæ, nihilominus solum tres majores dicuntur sacri, utpotè qui immediatius ad sacrificium accedunt, speciatim Sacerdotium, *cum sacerdos conficiat hoc Sacramentum*. Nolim tamen, mi Ecclesiastice, ut minores Ordines circò parvi æstimes, quod minores vocentur, cum & ipsi (absolutè loquendo) in se ipsi sint maximi, omnesque honores & dignitates terrenas longè antecellant, ex eodem modo puncto, quod sint gradus Ecclesiasticæ Hierarchiæ; non igitur vocantur minores ut in seipsis tales, sed in comparatione ad majores, qui (ut dictum est) nomen hoc majores sortiuntur ex immediatiori accessu ad S.S. Sacramentum. Unde Tridentinum æque requirit legitimam dispositionem ad hos, quàm ad illos: *Ad minores Ordines (verba Tridentini habes) promovendi*

D d bonoms

bonum à Paracho vel Magistro Scholæ testimo-
nium habeant. Ex quibus patet, indignum
esse, qui ad hos Ordines promoveatur, nisi
fuerit probatæ vitæ, ne contaminetur Mini-
sterium illud, ipsis etiam Angelicis spiritibus
tremendum.

Notabis porrò, omne Sacramentum con-
stare materiâ & formâ. Sic materia Ostia-
riatus est clavis & campana; Lectoratus li-
ber lectionum & Prophetiarum; Exorcista-
tus liber exorcismorum; Acolythatus can-
delabrum cum candelâ extinctâ, & ampulla
vacuâ, quæ tanquam duæ partiales unam to-
talem constituunt; forma verò sunt verba,
quæ Episcopus in tradendo profert, & hæc
materiæ dum traduntur, vocantur materiæ
proximæ, ante traditionem remotæ.

PUNCTUM PRIMUM.

Considera, officium Ostiariatus esse I.
conservare claves Ecclesiæ, II. aper-
rire & claudere portas. III. Expel-
lere ab Ecclesiâ illos, qui non possunt assiste-
re sacris officijs, IV. Pulsare. V. Prædic-
tori verbi Dei aperire librum. VI. Conser-
vare omnia illa, quæ pertinent ad Ecclesiâ.
Parare altaria, habere curam paramento-
rum, & aliorum mobilium Sacristiæ, quæ
cro altari deserviunt; quæ omnia, tam
ab

objecta & vilia videantur, sunt tamen in se
aldè nobilia, ut adeò, officij hujus excellen-
tam demonstraturus, ipsemet Dei filius in
propria personâ exercere voluerit, quatenus
consultum suum morem observaret, quo or-
dinariè opere ipso prius exequabatur, quod
docebat: *Cœpit facere & docere.* Cujus lu-
alentum testimonium perhibet S. Joannes
2. quo refert, Salvatorem fecisse flagel-
lum de funiculis, & eiecisse de templo o-
mnes vendentes & ementes, addito gravi
mandato, ut quantocius omnia auferrent:
Auferte ista hinc, & nolite facere domum Pa-
tris mei domum negotiationis. Ut autem Or-
nis hujus præstantiam penitus agnoscas,
confidera, quod esse custodem Ecclesiæ
nem sit ac esse custodem Paradisi in terrâ,
nem sit custos corporis & sanguinis Christi,
nem continetur in sacrâ Eucharistiâ, item di-
na Scripturæ, sacrorum vasorum, utputa
allicum, corporalium &c. nec non reliquia-
rum Sanctorum, & uno verbo omnium eo-
rum, quæ sunt sacra; quæ omnia quantam
gram, reverentiam & diligentiam requi-
ret, docebunt sæculares thesaurarij, qui
tò nobiliores se reputant, tantoque dili-
gentiores sunt, quantò pretiosiora eis custo-
denda commissa fuerint, felicissimos se re-
putantes, quod affectu tam speciali à suis Re-
bus & Principibus constringantur.

Act. 1.

Joan. 2.
v. 17.

Dd 2 AFFE-

la testimo-
indignum
atur, nisi
etur Mini-
spiritibus
ntum con-
eria Offi-
toratus li-
Exorcista-
tatis can-
& ampulla
unam to-
unt verba,
ert, & ha-
r materia
ta.
M.
tus esse
II. ape-
I. Expe-
unt afflic-
Prædica-
Confer-
Ecclesiam
aramento-
e, quæ
ia, tam
abjecta

AFFECTUS.

O Mi Deus! Quàm parùm æstimavi hoc officium & honorem, dum non solum non impedivi irreverentias in templo commissas, sed ipsemet tot commisi. O quàm patiens es, mi JESU, & misericors, vere misericordia tua super omnia opera tua. Ubi, O amantissime Redemptor mi, ubi erat furor tuus, ubi flagella, imò ubi gladius eruginatus severissimæ tuæ justitiæ, dum vidisti me, (Ah! pudet dicere) tam detestandum negotiatorem? cur non ejecisti me, & posuisti partem meam cum hypocritis, qui aliud verbo, aliud facto probaveram? Pulsare debebam, & præclaro virtutum sono ubique reboare, atque hoc meo pulsu alios omnes ad tuum honorem convocare, & ego (O exercendam me & degenerem Patriæ tam Sancti sobolem!) sectabar perverios Heli filios Ophni & Phineas, retrahens Christicolas tuos, eisque in petram scandalii expositus impediebam magis quàm excitabam, dignus propterea in quem effundatur ira tua.

Et ecce! O visionem terribilem! video nimium quantum promeritas, & jam iam iminentes negligentia meæ poenas. Feras occidar, peribo æternùm, nisi minaces hostis effugero. O mi JESU, O Judex, O Vindex

lex severissime, quò fugiam? Accedam ad portam misericordiæ tuæ? Ah! hanc ipsam mihi metipsum obseravi. Perij ergò, & cum cæcis Virginibus relictus sum præda inimicis meis, æternum, ah! æternum cruciandus.

Perij? Quis autem me prohibebit, quicum S. Jobo cordatè exclamem: *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. Veruntamen vias meas in conspectu ejus arguam, & ipse erit Saluator meus, non enim veniet in conspectu ejus meus hypocrita.* Doleo igitur, O mi JESU! ex toto corde, & fateor delicta mea, humilissimè veniam impiorans.

Benè est, O Anima mea! dole, & medullitè detestare delicta tua, emenda te, & dum spiras spera, tamdiu enim patent fores Ecclesiæ nostræ, quamdiu halitus in nobis fuerit. Ad hanc confuge, & cum sis thesauraria, ingrediere Sanctum Sanctorum, arripe pretiosissimam Redemptoris tui carnem & sanguinem, & tanquam scutum firmissimum obijce rutilanti ferro. Invoca & in opem tuam convoca, quotquot Sanctorum reliquæ in Ecclesiâ fuerint; induere sacris vestibus, & clama fortiter ad Deum tuum, clama & dolens veniam exora, nec dubita, quin te promptissimè sit exauditurus.

Et sanè, *clamavi ad Dominum, & exaudivit me.* O invictam patientiam tuam, magne rerum arbiter! O misericordiam in-

finitam! qua misellulam me eruisti à mortis aternæ faucibus, in quas ne deinceps incautam, obserabo eas firmiter, clavesque commissæ erunt mihi in signum, quo ad referandas Paradisi fores continuò exciter. Tu, tu, O mi JESU, qui totum me amplexus es in cruce, tu favore tuo me prosequere, tu laboranti assiste, tu anhelanti clemens aspira.

Fructus & proposita.

FRUCTUS erit profunda consideratio præsentis Ministerij. Novi ego gradum hunc pluribus abjectum, & suæ proficiæ difformem ac minùs congruum videri, dum credunt, neutiquam decere, ut campanas pulsent, fores aperiant, & altaria apparent. Qui omnes, quàm graviter decipiantur, colligant ex summâ reverentiâ & fervore, quo cœlestes genij in hoc officium feruntur. Sciant, munus hoc angelicum esse Angelorumque proprium, assistere divino servitio, ad quod cum & ipsi à Deo sint electi, ponderent statûs sui nobilitatem, & imposterum magis sapiant, suamque superbiam continuis gemitibus detestentur. Prò, quanto gaudio & alacritate, quanto fervore & reverentiâ assistunt millia millium Angelorum transubstantiato suo Regi in Sacro Sancto Eucharistiæ Sacramento, quemadmodum

modum piè observavit S. Chrysoſtomus, & in abjectiſſimus vermiculus & putridiſſima terræ gleba erubeſcas id facere? Memento, & ſeriò pondera, custodem te eſſe pretioſiſſimi corporis & ſanguinis Chriſti, futuri Ju- diciſ tui. Imaginare tibi, omnes Sanctos, quorum reliquiæ in Eccleſiâ aſſervantur, continuo inſtare & urgere, ne contaminari priariſ particulas illas, quæ olim cum bene- dictâ animâ in cœlis glorificabunt Deum, & in articulo mortis tuæ tanquam murum fir- miſſimum ſe opponent contra omnia inimi- citia. Pondera hæc, O anima mea, & altè cordi tuo imprime, ferventior & cautior erinde futura; & ſi innata tua ſuperbia ob- gannire ſatagaret, Magni Constantini viva- ciſſimum exemplar oppone.

Quid, obſecro, dicturi fuiſſent tales iſti caſutuli, in quibus non eſt intellectus, nec vel umbra veri ſpiritûs, quo nobilitatem divini Miniſterij dignoſcant, ſi vidiffent potentiffi- mum illum Mundi Monarcham ſummâ reve- rentiâ & alacritate duodecim terræ *cophi-* in humeros ſuos tollentem, & ſolùm ad Eccleſiæ fabricam apportantem? non pro- tegit ſuam nobilitatem, ſed actu tam reli- gioſo tum primum (ſi non priùs) vendicâſ- ſi ſibi nomen *magni*. Erubeſce igitur, mi Eccleſiaſtice, & confundere in tuâ ſuperbiâ, plange culpas tuas, ne unquam poſthac ad-

mitas, ut alij, multò minùs tu, de hoc ministerio abjectè sentiant aut loquantur, crede potiùs, & ut infallibile tene, nunquam actionem meliorem te facturum, quàm dum Ecclesiæ servitio te impenderis.

PUNCTUM SECUNDUM.

Anima in Ecclesiâ Christi divino servitio dicata semper in gradu & dignitate ascendit, magisque tremendo Sacrificio appropinquat, & quidem ab Ostiariatu ad Lectoratum contendit, cujus officium est, in Ecclesiâ legere lectiones Veteris & Novi Testamenti, erudire fideles in doctrinâ Christianâ, inservire Catechumenis, benedicere panem & novos fructus, legere vitas Sanctorum, & acta Martyrum, item litteras circulares ab Ecclesiâ collectas, & transmissas, ex quibus nunc te invito, ut.

Consideres dignitatem, nobilitatem, conditionem & obligationem officij hujus, quantâ insuper diligentiam debeas legere divinam Scripturam, cum in Ordinatione omnibus præcipiatur, ut distinctè & aperte legant, quatenus ab omnibus intelligi possint: *Studete igitur verba Dei, videlicet lectiones sacras, distinctè & aperte ad intelligentiam & edificationem fidelium absque omni mendaciosa flattery proferre.* Quæ verba ad oculum cuius demon-

demonstrant, quanta sit dignitas & nobilitas hujus Ordinis, cum potestas concedatur Verba Dei populo proferendi, quod utique magni aestimandum erit, cum Mundus summe revereatur eos, quos Imperatorum Oratores nuncupamus.

Nec obligatio flocci pendenda, si enim hoc tuum munus exequi tenearis ad edificationem fidelium, & Episcopus insuper precipiat: Mementote vos in alto virtutum gradu debere conversari, quatenus cunctis, à quibus audimini & videmini, caelestis vite formulas praebeatis. Clare tibi patet, quantam morum compositione, quantoque studio huic tuae obligationi invigilare debeas, nec dubita, quin per hoc ipsum summopere in Dei cognitione sis progressurus; & si dicere ausim, credo ego, Christum Dominum specialiter lectores allocutum esse, dum accuratam Scripturae observantiam commendaverat: scrutamini Scripturas, quia illa testimonium perhibent de me, quibus verbis, ait S. Chrysostomus, ad Scripturam non simplicem, & nudam lectionem, sed ad investigationem perquam diligentem relegavit, non enim dixit: legite Scripturas, sed scrutamini, id est, diligenter quarite, quasi diceret: effodite latentes in ea de me rebusque divinis thesauros, sicut qui scrutantur venas auri & argenti, terram effodiunt, & aurum inveniunt.

Joan. 5.
v. 39.
apud
Cornel.
à Lapid.

Dd 5

Con-

Confidera opus tibi esse magno zelo, quo in proximi salutem inardescas, ut verba Dei profundè cordibus eorum imprimas, ad quod conducet, solerter memoriæ mandare, ut tum eò perfectiùs etiam alijs proponas, secùs enim inuncto muneri vix satisfiet, cum non sciat benè docere, qui nesciverit benè discere.

AFFECTUS.

Pf. 88.

O Domine, memorare, qua mea substantia, nunquid enim vanè constituisti me? Ah! ingredior interiora cordis mei, video vanè me constitutum, cum nihil in eo sit nisi *vanitas vanitatum & omnia vanitas*. Sed, O quàm directè repugno intentioni tuæ? sublimasti me ad tantum honorem, & posuisti in manibus meis testamentum tuum, ut erudinem populum tuum, & ego ausu diabolico cœpi nauseare, tanquam super cibo levissimo, magis inclinatus in Auctores prophanos, qui absque eo, ut ostenderent viam perfectionis, duxerunt me in præcipitium æternæ damnationis, Dæmonum nunc ludibrium & Dei mei abominabile monstrum. O tempus, tempus! O thesaurus inæstimabilis, & prò dolor irreparabilis! O horæ! O momenta! quæ in vanitatibus meis consumpsi. Quis det ut revertamini, & servia-

de servatis mihi in tempus opportunum, quo recorder Domini mei, & mandata ejus requiram? Actum est, O Anima mea, frustra revocas, quod desidiosissimè elabi permiseras, nec suppetit medium aliud, quàm ut pietatem Dei humillimè obtesteris, & fias simplex, quatenùs malè consumpta ignoscat, & vanitatem tuam in veram substantiam convertat. Ne igitur, O Deus benignissimè, memineris iniquitatum antiquarum, citò anticipent me misericordia tua, quia pauper factus sum nimis, pauper verà tui cognitione, pauper officio de dītē persoluto, pauper meritis & virtutibus, pauper nimis, ah! nimis. Ditescam tamen, avertam posthac oculos meos, ne videant, ne legant vanitatem, sed in tuâ viâ, in sacris tuis literis, in monumentis Sanctorum Patrum vivificabo substantiam meam in vanitatibus tabescentem, & propè consumptam.

Fructus & proposita.

Quotiescunque prophanus aliquis & noxius liber te ad legendum invitaverit, te ipsum, mi Ecclesiastice, mox alloquere: *Intelligis quæ legis?* ac si diceret, vidēsne, in quam sinistram viam te ducat hæc vanitas, & quam aberres à tuâ vocatione? Mundo mortuus es, ergò & vanitatibus ejus morere,

morere, solique Deo inhare; de Deo loqui, de Deo cogitare, illicitum tuum & voluptas esto, quod fiet, si libenter & sapè de Deo legeris. Ne intermittas occasionem erudien- dirudes & indoctos, prælegendo eis aut inculcando, quæ sunt Dei, & quæ ad viam bonam eos deducant. Nec idcirco à sacrâ lectione excusatum te credas, quod hic & nunc nullam habeas occasionem eâ utendi, tamen si enim nunc non habeas, noveris tamen officium tuum esse, ut, quandoque, & quomodocunque se aliqua occasio præbuerit, id præstare possis; unde etiam ad continuum exercitium, quo distinctius & melius id præstes, te obligatum scias. Ut taceam, id ipsum pro te solo summè necessarium esse. Emenda igitur in melius, & sacram lectionem nunquam dimitte, sed ita totum te ei applica, quemadmodum faceres, si coram aliquo Magnate legere deberes, ubi certè prius studiosè singula prælegeres, ne fortè errares. Idem & in spiritualibus præsta, & nunquam indispositus accede, prælege solerter omnia, & ita disce, ut cordatè coram Rege Regum audeas apparere, qui semper tecum loquitur, quotiescunque in sacro Codice legis. Nullus igitur abeat dies, quo non certam horam eligas, qua te ad hoc officium ritè obeiundum disponas.

Pax-

Pax-

PUNCTUM TERTIUM.

Tertius Ordo minor est Exorcistatus, quo ab Ecclesiâ elevaris, & potestatem accipis super dæmonia, dicente Episcopo: *Accipe, & commenda memoria, & habeto potestatem imponendi manus super energumenos, sive Baptizatos, sive Catechumenos.* Quæ auctoritas & potestas tanta est, ut ejus intuitu totus infernus contremiscat, magisque formidet unicum Exorcistam, quàm millenas Mundi potentias.

Considera I. auctoritatem hanc esse nobilissimam, & quasi primarium Christi Domini finem, propter quem in hunc Mundum venerat, ut adeò credatur, adventum ejus eo potissimum respexisse, ut Exorcistas crearet, quemadmodum ipsemet testatur Joannis 3. *In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli.*

Considera II. quàm mortificatè debeas vivere, cum mortificatio sit summè necessaria & valdè efficax ad expellendos dæmones, quod iterum Christus Dominus docuerat: *Hoc genus non eicitur, nisi in oratione & jejunio.* Matth. 17.

Considera III. Peragendum hoc munus cum summâ humilitate, non enim expelletur superbus Sathanas à superbo Exorcistâ, quin potius irridebitur, unde Christus Dominus

Adi-

radicem superbiæ in suis discipulis advertens ex eo, quod intellexisset, dæmonia eis esse subjecta, mox graviter perstrinxit, casum Luciferi ob oculos ponendo: *Videbam Satana-*

Luc. 10. nam sicut fulgur de cælo cadentem. In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur. Unde nec ipse Salvator aliam viam elegit, quàm humilitatis, humilians se usque ad mortem, quo factum, ut omnem fastum Principis tenebrarum adeò depresso, tantamque victoriam ac honorem sibi pepererit, ut in no-

Philipp. mine Jesu omne genu flectatur, terrestrium & cælestium & infernorum. Cujus proinde vestigijs & nos firmiter insistere debemus.

Considera IV. Ex potestate hac nullam prorsus resultare causam superbiæ, si enim eam polleas, tua non est, sed Dei, qui eam tibi sine ullo tuo merito concessit, tibi que id solum reliquit, ut cum Sancto Paulo incessanter

2. Cor. 1. protestaris: non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.

AFFECTUS.

Pf. 118. Bonus es tu, O mi Deus, fecisti enim bonitatem cum servo tuo, tantumque me elevasti, ut tota infernalis cohors subit nutui & pedibus meis. Sed, O bonum mihi! quòd in tuâ bonitate doceas me justificationes tuas, jubeasque in nihilum meum ocu-

los reflectere. Verè O mi Jesu, ex me nihil
lum, nec possum quidpiam, nisi offendere
te; & utinam te nunquam offendistem! O
quàm longè aliâ viâ es usus ad debellandum
Luciferum, quàm ego ad resistendum pecca-
tis! vinxisti Luciferum suâ superbiâ adeò in-
flatum, ut nec tibi subesse voluerit, vinxisti
inquam, & solâ tuâ humilitate Creaturam
tam nobilem adeò humiliasti, ut etiam ho-
mini vilissimæ Creaturæ cogatur esse subje-
ctus. O damnata superbia! estne hæc mer-
ces tua, quam præstas sequentibus? Abi &
demergere in profundum abyssi, nullam am-
plius sedem in me fixura. Humilitatem
posthac amplectar, hac crescâ, & felix ibo
ad montem Dei, ut è sublimi divinæ assisten-
tiæ despiciam, & conculcem omnes inimicos
meos. Ah Domine mi! dona mihi hanc
virtutem, quam unice suspiro, & concede, ut
debilitatem meam plenissimè agnoscam, in-
gere cordi meo abjectam de meipso existi-
mationem, confirma me, ut omni concessâ
potestate non aliter utar, nisi per te, & in te,
ubique tamquam absolutissimæ Origini o-
mnia adscribam, quæcunque per me operari
volueris.

Fructus & proposita.

Exorcista probè notabit traditam hanc
exorcizandi potestatem in proximum

non esse exercendam, nec esse concessam, nisi Sacerdotibus, & quidem illis, qui prius ab Episcopo habuerint potestatem. Grates tamen referat Deo, quod tantâ auctoritate Ecclesiam suam decoraverit, qua tam horrendum inimicum debellare & confundere possit. Nec intermittat *integer vita scelerisque purus* ubique apparere, & re ipsa talis esse, qualem Diaboli merito formident, nempe humilis & devotus, ad quod optimè congruent Orationes, vigiliae & in specie ardens erga Deum amor, quod paternè monuit S. Antonius Discipulos suos admonens: *Mibi*

S. Athanasius in vita. *credite, pertimescit Satanas piorum vigiliis, orationes, maximè verò ardentem amorem in Christum Dominum, cujus unico sanctissima crucis signo debilitatus aufugit.* Emenda igitur vitam tuam, & priusquam accedas ad hunc Ordinem, præpara animam tuam jejunio & oratione, nec obliviscaris sacrae confessionis & communionis. Et si hunc Ordinem exercere necesse fuerit, totam tuam fiduciam in Deo colloca, & ingenue fatere, te ex te nihil posse, nec quidquam aggredi vel le, sed solùm & unicè per gratiam Dei, qua adminiculante potentes potenter supprimere possumus. Nec esto scabiosus in exigendo salario, sed exhibe hanc charitatem absque omni proventu mundano, solò & unico amore inductus.

Dios

DIES QUARTUS.

De Quarto Ordine minore,
qui est Acolythatus.

AD hunc Ordinem, cæteris itidem nobiliorem, quia iterum magis appropinquat tremendo Mysterio, spectat, portare lumina & accendere candelas sacro Altari. In Processionibus, & quando in Missa elevatur sanctissimum Sacramentum, deterrere intorticia accensa. Dum cantatur Evangelium, portare luminaria, præparare aquam & vinum ad sacrificium Missæ pertinentia: *Acolythum oportet Ceroferarium ferre, luminaria Ecclesie accendere, vinum & aquam ad Eucharistiam præparare.*

PUNCTUM PRIMUM.

Considera mi Acolythe, quàm nobile sit hoc tuum officium, quo super candelabrum Ecclesiæ collocaris, ut luceas omnibus, qui in domo Dei sunt. Unde dignosces, quàm procul arcere debeas à tuo corde omnia peccata, quæ non sunt nisi tenebræ, nimium quantum Christi fidelium oculis nocivæ, & propriam tuam animam obscurantes.

Ee

Can-

Considera, luminaria tibi deferenda ante te, & non retrò, ut edocearis, optimà morum compositione prælucendum tibi esse omnibus in umbrâ mortis sedentibus, ut eo faciliùs oculos elevare & ad cœlestia reflectere possint, singulis cum Apostolo inculcans:

Rom.

13. v.

12.

Eph. 5.

v. 8.

Abijciamus opera tenebrarum, & induamur armam lucis, hoc est gratiam divinam, quâ solâ fugantur tenebræ peccatorum. Crede mihi Acolythe, taliter tibi vivendum, ut verissime de te dici possit illud Apostoli: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate; quod apertius ipsamet Ecclesia in mentem tibi revocat, dum te alloquitur: In medio nationis prava & perversa lucete, sicut luminaria in Mundo, verbum vitæ continentis. Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris. Ex quibus evidentissima sequela eruitur, virtutibus omnibus solerter tibi invigilandum, cum enim bono exemplo coruscare debeas, solaque virtus sit lux illa, quæ populum illuminat, clarum est, virtutis semitam aggrediendam, ut omnibus pateat, te ita lucere super candelabrum Ecclesiæ, quemadmodum candela accensa coruscat, quam in manibus defers.



AFFECTUS.

Quàm differunt actiones meæ ab officio, quod suscepi! Posuisti me Deus meus in lucem gentibus, ut bono meo templo allectæ viderent te, & ego perverſis moribus adeò eas obscuravi, ut *via illorū facta fuerit tenebra, & quidem horribiles.* *Pf. 105. Exod. 10.*
 oculos illuminavi, sed non intellectum, & portavi lucem in manibus, sed non in corde.
 Domine Deus meus! En miseriam & caritatem meam? Adeò proni sunt sensus mei ad omnem malitiam, ut dolens fateri cogar, quòd *omnes colligati sint unâ catenâ tenebrarum.* Verè *tenebra circumdant interiora mea.* *Sap. 17.*
 O miserum me! Ah! quando unquam debite tibi serviam Deus meus, & luce tui exempli ostendam talem viam, ut oves currant post vestigia mea, & sequantur me, quando erit dies illa mihi verè totis virtutibus exoptanda, quâ, relictis tenebris, totus mundus accesscam? O perditas illas horas! O malis impleta momenta! quibus vel unicum peccatum totâ vitâ meâ deliberatè commisi! O miseriam, mi Deus, te nunquam offendissem!
 Quis scio enim, quòd *error & tenebra peccatorum concreata sint.* *Eccles. 11.*
 Quid agis, O Anima? quo ibis ut non consenescas in malo? *qui Eccles. 1. c.*
 O miseriam, dole, & ingemisce ex toto corde, *qui Eccles. 1. c.*
exultant in malis, consenescunt in malo. *l. c.*
 Ee 2 &

& cum in tenebris titubantem te videas, am-
 plectere consilium Sapientis, detestare om-
 nes, qui prætergrediuntur viam, non asso-
 cieris illis, quorum latibulum sunt tenebræ.
Eccles. 37. *sed cum viro sancto assiduus esto, quemcumque
 gnoveris observantem timorem Dei, cuius ani-
 ma est secundum animam tuam, & qui, cum
 titubaveris in tenebris, condolebit tibi. Qui
 autem est ille? Deus tuus semper immotus
 semper in auxilium tuum promptissimus, ve-
 re secundum animam tuam, ut eam salvet &
 eripiat ab omnibus malis. Iste est lumen
 indeficiens, lux semper ardens, illuminans om-
 nem hominem. Huic lucem tuam, id est
 vitam tuam, associa, in hunc oculos defige-
 ris enim, quidquid tenebras inducere sara-
 get. O quam nunc doleo, dulcissime Re-
 demptor mi, de tempore illo, quo in tantis
 tenebris vixi! Plange, O Anima mea, dum
 vides positam te à Deo, ut tuis bonis exem-
 plis illuminares populum ejus, & tu, negle-
 cto hoc Dei fine & contempto potius, scan-
 dalizaveris.*

Fructus & proposita.

FRUCTUS in pauculis doctrinis tradi potest.
 Agmen ducat paterna admonitio Do-
 ctoris Gentium, dum Titum suum in-
 struit.

Tit. 2.
 v. 7.
 in omnibus teipsum præbe exemplum
 morum operum; quod exemplum potissi-
 mum consistit in doctrinâ sanâ, quæ est lux
 ædam, per quam intellectus fidelium illu-
 ratur. Notandum tamen, hanc non con-
 tere in solis verbis, sed in bonâ morum
 compositione; quemadmodum piè observa-
 S. Hieronymus, dum ait, *omnia in Clerico
 debent esse vocalia, ut veritatem mente conci-
 ut, non inanem virtutis speciem, & toto eam
 bitu resonet, & ornatu, ut quidquid agit,
 quidquid loquitur, in doctrinam populorum.*
 S. Athanasius, qui majorem
 efficaciam ponit in bono exemplo, quàm in
 verbis, observat tamen, utrumque jungen-
 dum esse: Vita nostra jubeat, lingua persua-
 deat. Propone igitur, & efficaciter stude in
 bono exemplo, ubicunque fueris, adeò qui-
 bus, ut nec apud familiarissimos à prælu-
 cendo desistas, quo cordatiùs venturo Judicî
 proponere possis: *Fecimus quod jussisti, quid
 nobis dabis præmij?* tametsi enim non
 illos subinde familiarissimos credas, &
 ipsa subinde tales fuerint, malum tamen
 exemplum & nimia agendi vel loquendi li-
 bertas non ideo desinunt esse culpabiles, quia
 quod intimos quosque fiunt, sed æque præ-
 sentant causam scandali, tametsi non tam pro-
 ximi, quàm si apud alios contigissent. Ut
 præceptam, minimè impletum iri præceptum

Apostoli, qui sine exceptione, in omnibus bonorum operum exemplum præberi statuit, non ergò ad homines, sed ad Deum oculos converte, coram quo semper stas, & ita stas, ut tibi solerter invigilandum, ne cadas, & sic casu miserabili lumen vitæ extinguas.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA, præter bonum exemplum, ad quod te obligatum vidisti, requiri insuper specialiter virtutem modestiæ, tanquam condimentum, seu potius complementum, vitæ exemplaris, cujus proinde omnes suos Clericos fideliter admonet Concilium Tridentinum, sic decet omnino Clericos vitam, moresque suos omnes componere, ut loquitur, gestu, incessu, alijs omnibus rebus, nihil nisi si grave, moderatum, ac religione plenum præferant.

CONSIDERA II. Clericos spectaculum esse se Angelis & hominibus, testante Apostolo: *spectaculum facti sumus Mundo, & Angelis, & hominibus.* Cùm igitur omnium oculi in eos convertantur tanquam supra candelabrum positos, clarum est, omnes obligari, ut de tali virtute sibi provideant, qua omnium oculos explere, & ad imitationem rapere possint; hæc autem est modestia, interioribus oculis adeò gratiosa, ut, quemadmodum divitiæ

vitæ corporeos oculos oblectant & attrahunt; ita hæc mentis aciem penitus capiat, cuique imitandi ingens desiderium accendat.

Confidera III. summas divitias, quibus omnis Ecclesiasticus meritò inhiat, collocandas esse in modestiâ; qui modestus est, dives est, & in divitijs magis assimilatur ipsimet Deo. Quod suo calculo confirmet absolutum omnis Sanctitatis exemplar S. Ambrosius: *Dives est apud Deum modestiâ, apud quem nemo dives est. Dives est quia participio Dei est.* Tantò habebis & possidebis Deum, quantò abundaveris modestiâ; virtus hæc est verè thesaurus incomprehensibilis, super aurum & argentum desiderabilis. O quàm dives apparet coram Deo Clericus modestiæ studiosus, qui tunc potissimum omnia videt, cùm tenuerit oculos demissos, videt enim ipsum Deum, in quo est tota cœli terræque substantia.

AFFECTUS.

Cur ergò non obstupesco, Anima mea, cur non horreo, & omnibus fibris contremisco, quòd tam parum cœlum aspiciam, contemplandisque terrestribus totus inhæream? O quàm deliro! dum, depositâ omni modestiâ, oculis meis circum-

E c 4 vagor,

vagor, & non considero opes illas sine fine mansuras. O Pater æterne! Ecce confugio nunc ad te, & quia ut alter filius prodigus totam meam substantiam consumpsi in nimia vivendi licentiâ, ideo supplex tibi fio, ut facias me sicut unum de mercenarijs tuis, reducemque assumes in libertatem filiorum tuorum, quorum tota & unica delectatio, solum & unicum refrigerium, oculis suis avolare, teque, spretis omnibus caducis, pijsimè contemplari. Serviam tibi, O mi Deus! nec peto mercedem aliam, nisi virtutem modestiæ, in quâ præcipua Ecclesiastici substantia consistit. Hanc, O Deus, O Pater amorosissime, hanc suspiro, hanc desidero, ad hanc anhele; hæc erit levamen pauperulæ animæ meæ; hæc stola prima, qua omnes me servum fidelem imò genuinum filium tuum dignoscant; hic vitulus faginatus, qui esurientem me, imò esurientes alios oculis suis in me conversos, implebit bonis, cumulabitque divitijs inexhaustis; hæc erunt tibicines, qui mihi & alijs dulcissimum melos in terrâ & in cœlo decantabunt. *Da mihi hunc thesaurum, O mi Jesu, quia hic solus sufficit animæ meæ.*

Fructus & proposita.

Vides, utique, Anima Deo dicata, quam æstimanda sit virtus modestiæ, & quam pul-

pulchra appareat anima illa, quæ in populi præsentia comparet virtute hac, ceu mirâ varietate circumdata. O quàm speciosus formâ præ millenis alijs apparebat S. Bernardus, tam prodigiosus modestiæ zelotes, ut nec oculos elevare præsumeret! Ausim sanè ex hoc solo affirmare, conversationem ejus semper fuisse in cœlis, nec mirum, quod summus Pontifex, cui Clarevallense Monasterium ingressus cum suis Monachis obviabat ob singularem modestiam, crediderit homines sanctos, imò malle dicere Angelos incarnatos. Unde & tu, O Anima, accendere, tantoque thesauro avidissimè inhia. Quandoque ad populi conspectum procedendum erit, recordare virtutis hujus, eamque ut absolutam morum omnium Magistram in omnibus motibus, gressibus, gestibus & verbis adora, quatenus genuina altaris ministra appareas, omnesque ad te attrahas, *homines enim vident ea, quæ patent, &* 1. Reg. 17. per hanc exteriorem compositionem deducuntur ad cognitionem interni hominis. Solus profectò aspectus externus suffecerat S. Ambrosio, ut non neminem de cognatis suis repelleret, minimeque concederet, quò Clero aggregaretur, quia viderat eum moribus, gestibusque minùs compositum.

PUNCTUM TERTIUM.

CONsidera ex eo, quò obligatus sis præparare vinum & aquam pro altaris Ministerio, & sanctissimo Missæ sacrificio, necessariò sequi, obligatum te esse, ut sanctissimo huic Sacramento sis devotissimus, summoque amore accensus eidem assistas, utpote inscrutabili & occulto mysterio fidei nostræ, *omniumque miraculorum maximo*, uti vocabat S. Thomas.

Considera II. totum honorem & gloriam Ecclesiastici promanare ab hoc Sacramento, eoque quemvis gradum esse nobilitatem, quo magis accedit ad Sacramentum; cum igitur Acolythus ex officio debeat assistere, & Sacrificio huic inservire, habet omninò, cur summoperè studeat reverentiæ, ne molestus sit famulatui angelico, qui semper in terram prostratus tremendo huic mysterio inservit.

Considera III. Quod si omnes fideles, qui irreverenter sacratissimo Sacramento assistunt, graviter à Deo castigentur, tanto te magis castigatum iri, quanto ratione officij magis es obligatus.

Considera IV. ingens beneficium à Deo concessum, dum, ad hunc gradum elevatus, obviam habes occasiõnem brevi tempore magnum meritorum cumulum congregandi:

di: nec minoris æstimes honorem hunc, quo ratione officij vero Regi & Domino Dominantium assistere juberis, quàm terrestres famuli reputant, dum à terrenis Principibus ad perpetuum obsequium se electos cernunt.

AFFECTUS.

Vix capio, Anima mea, quomodo fieri possit, ut ad alia mentem applices, quàm ad S.S. hoc Sacramentum, cum tamen ad hoc solùm sis electa. Dic, obsecro, quomodo sit possibile, ut creaturis inhæreas, dum semper Creatori assistis? Quid quæris in terrâ? quid in toto Mundo desideras, quod non perfectissimè elargiri possit Dominus tam benevolus & omnipotens, cui semper adstas. Ah! ingratham te! video totius hujus miserix causam esse exiguum in Deum amorem. O quàm insanis, dum, relicta hac sacrâ mensâ, refici cupis. An nauseas super hoc mannâ, tanquam super cibo levissimo? O perditam te! si carnes & ollas eligis, & elongas te ab epulo hoc suavissimo, omne delectamentum in se habente. Regredere, O Anima mea, & agnosce errorem tuum, ne quæso vel minimas delicias quæras extra hanc mensam, quæ sola te potest satiari. Ah fateor, O mi Jesu amantissime, errorem meum! & si non amavi te, O Creator

tor

tor aeternae, amabo in posterum, millenis voluptatibus, millenis Mundis renuntiatis, ut tibi soli assistam, te solum possideam, in te solo quiescam. Hæc mensa sacratissima erit habitatio, locus quietis & solamen animæ meæ, à quo nunquam me separabo, sed firmiter ad usque extremum vitæ halitum inhaerebo.

Fructus & proposita.

SI proprium Acolythi officium est, Altari & Missæ sacrificio assistere, tota ejus cura erit, ut quàm exactissimè & devotissimè id præstet, ad quod conducet, si frequentius in mentem reduxerit, sacrificium hoc esse in cruentum, & repræsentare cruentum illud, quod Christus Dominus in monte Calvariae obtulit. Quemadmodum igitur ibi duo hominum genera erant, malorum & bonorum; ita & in præsentis hoc: illi, qui devotè assistunt, figura sunt animarum justarum: S. Mariæ Virginis, S. Mariæ Magdalænæ, aliarum mulierum, S. Joannis, & aliorum sectatorum Christi; qui verò irreverenter & tepidè interfunt, Judæis sunt similes & inimici Christi, qui irridebant, calumniabantur & cruciabant eum. Liberum tibi nunc est, mi Acolythe, quam sortem eligere malis, id tamen noveris, cum alterutro te remuneran-

numerandum, vel æternum puniendum, etsi obligationem tuam consideraveris, non erit opus multâ deliberatione, sed confestim associabis te justis & timoratis, in id unum intentus, ut ritè, accuratè, devotè & modestè peragas, quod tibi incumbit. Dum ministras, omnia verba enucleatè profer, compone motus corporis tui, & omnia ad regulas modestiæ institue; etsi non possis semper sacramentaliter communicare, id facito spiritualiter, excitans in te ingens desiderium, & plures amoris actus erga dilectum, quod si feceris bonus eris minister

1. Tim.
6.

Christi JESU.

* * *



DIES

DIES QUINTUS.

De Ordinibus majoribus.

Sacramentum Ordinis meritò scalam dixerò, ejusque septem distinctos gradus, per quos semper ad sublimiora devenitur, eâ tamen obligatione, ut, quò altior fuerit gradus, eò major requiratur perfectio & scientia, cùm igitur ad quintum usque pervenerimus, qui est Subdiaconatus, incumbit nobis majorem in Ecclesiastico excitare fervorem ad spiritualia; nec dubitandum, quin semper Deus efficacius suâ gratiâ aspiraret, quò altiorem gradum fecerimus, modò nos ipsi nullum ponamus obicem, quo minus gratiarum fluentia effundere possit. *Dem,* inquit S. Leo de suo Pontificatu, *dabit virtutem, qui contulit gratiam,* innuere volens, se totum robur, & virtutem gubernandi gregem suum ponere in eo, cujus gratiâ ad minus pastorale evectus est. Ita & tu, mi Ecclesiastice, confide in Deo tuo, & fac, quod in te fuerit.

* * *



De Subdiaconatu.

PUNCTUM PRIMUM.

Officium Subdiaconi est, esse subordinatum Diacono in Ordine ad sacrificium Missæ, præbere illi calicem, & patenam, ampullam cum aquâ, ministrare aquam ad lavandas manus, & corporalia, quorum tamen omnium principalius est cantare seu legere Epistolam in Missâ.

Confidera I. dignitatem & honorem, quo Deus te prævenit, dum ita sanctissimo Sacramento appropinquas, ut proprijs manibus sacra vasa tangas; unde deducito, quâ reverentiâ & timore tremendo huic Mysterio appropinquandum. Imaginare tibi magnificum illum Dei thronum, cui Seraphini tam tremebundi assistebant, ut duabus alis velarent faciem, duabus verò volarent, ingentem suum timorem & reverentiam ostensuri. *Volatu verò, dum in quiete permanere non possunt, magnum terrorem significant; quemadmodum devotè observat S. Joannes Chrysostomus. Quæ nunc comparatio tecum inter, mi Subdiacone, & Seraphinos? hi toti erant amore succensi, & tu glacie frigidior es, & tamen per illum thronum nil aliud portentabatur, quàm sacrum altare, ubi Christus Jesus in sacrâ hostiâ immolatur & continetur.*

Con-

Considera nunc II. Quam oporteat esse Subdiaconum in conscientia purum, & à Mundo abstractum, charitateque ignitum. Certum est, quòd, si Moyse non concedebatur, ut rubo (in quo erat Deus) appropinquaret, nisi depositis prius calceamentis; multò minùs concedendum Subdiacono, nisi calceos, id est, omnes mundanos affectus, deposuerit, ara enim non est aliud, quàm rogius ignitus, ab unigenito Dei filio ita inflammatus.

Considera III. Epistolam non ore duntaxat, sed & corde, eoque fervore decantandam esse, ut prius ipse discat viam spiritus & hauriat documenta, in eà lectione contenta, postmodum verò invigilet & allaboret, ut populo quoque imprimatur. Nec credas, Sacrum Codicem aut libros spirituales tibi profuturos, si ab eis non desumatur spiritus devotio, & exactus benè vivendi modus, ad quod necessariò requiritur, ut non superficialitè, sed consideratè, non lingua tantùm & oculis, sed corde & animo legantur, omnesque characteres probè menti inferantur.

AFFECTUS.

Quàm magna misericordia tua Domine, imò quàm incomprehensibilia iudicia

ndicia tua! Vidisti utique miseriam & fragilitatem meam, & tamen elegisti me. Vere misericordia tua magna fuit super me, tantamque fiduciam in me accendit, ut promus me prosternam, & deprecer te, quatenus in me effundas fluentia misericordiae tuae, & dignum efficias, qui sacro altari assistat. Ah mi Deus! *Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.* In te enim tota spes & fiducia mea, tu robur & auxilium meum, ut adeo in tua bonitate totum quæram, quod debilitati meae deesse cognosco. Bonò animo esto, Anima mea, promptus est enim, liberalis est, & misericors Deus in omnes, qui invocant illum, ne desinas clamare ad eum, ipse enim salvabit te, & osque spiritus & affectus, eam devotionem & reverentiam in te excitabit, quibus muneri tuo satisfacere, eique placere valeas.

Fructus & proposita.

Serio menti imprimes, mi Ecclesiastice, quantâ cordis puritate tibi ad hoc Sacramentum sit accedendum, unde firmiter propone, nunquam hoc ministerium subire, nisi emundatâ prius conscientia. Studeris quoque, omnia documenta, quæ in Epistolâ continentur, probè observare, eaque non secus colere, quàm si de coelo de-



lapsa fuissent, quia verè os Domini per Epistolam loquitur, modumq; præscribit, viam salutis securiùs incedendi.

Observabis porrò, inter alia, quæ Subdiacono incumbunt, esse, lavare & mundare sacra corporalia, hoc nomine insignita, quod super ea reponatur & consecretur corpus Christi: Nec inanis est hæc lotio, aut mysterio carens, cùm per eam præter cordis munditiam aliud quoddam pulcherrimum documentum à S. Thomâ intelligatur: *Tria*, inquit Sanctus hic Doctor, *requiruntur, ut corporale candidum efficiatur, & omnia tria modum nos edocent, nosmetipsos interiùs dealbandi. Primò lavantur, deinde premuntur, tertio siccantur.* Ita & tui mi Subdiacone, ut mundè accedas, debes priùs lavari & mundari aquâ lachrymarum, postea torqueri per pœnitentiam, tertio mediante Solis calore (intellige divini amoris æstu) siccati & abstrahi ab amore terrenorum & carnalibus desiderijs. Plurimum insuper proderit, frequenter recordari verborum, quæ ab Episcopo in traditione calicis proferuntur: *Videte, cujus ministerium vobis traditur, ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere possitis.* Ac si diceret: *Mementote filij charissimi, ministerium vestrum non esse hominis, sed Dei, unde, qui Deo destinati estis, ita vivere debetis, ut Deo placea-*

placeatis ; ponderate igitur obligationem vestram, & excutite, quidquid à Deo vos separat, & ad creaturas vos avocât.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA & aliam functionem, quæ est, ut in Processionibus crucem præferat, per hoc sibi ipsi & omnibus alijs fidelibus tacitè inculcans, quàm debeant esse de diti mortificationi, eamque in suo corde jugiter portare.

CONSIDERA II. Si S. Augustinus omnes Christicolas obligat, & apertè docet, quòd homo per totam vitam debeat pendere in cruce, quantò id magis faciendum Subdiacono, tanquam Antesignanò & Duci cruciferæ hujus militiæ?

CONSIDERA III. Duobus modis portari crucem, uno, dum affligitur corpus, altero, dum affligitur animus, quod idem est ac dicere, dum mortificantur internæ passiones. Audi S. Gregorium: *duobus modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per passionem animi affligitur animus. 2. in* Ad quarum utramque ita obligatur Subdiaconus, ut semper debeat esse ad eam ferendam dispositus, nec aliud palàm testari vult. Subdiaconus dùm cum cruce præcedit, quàm quod hoc facto omnes alliciat ad for-



titer sustinendum, quidquid ardui Deus immiserit.

Confidera IV. Quòd non deponat crucem, nisi finitâ Processione, unde facile dignoscet totâ vitâ crucem sibi ferendam, cum tota nostra vita nihil sit, nisi processio, quâ ad Patriam tendimus. Recordetur Redemptoris sui, cum quo crevit crux ab adolescentiâ suâ, quam etiam adeò dilexit, ut usque ad mortem in eâ pendere voluerit.

AFFECTUS.

O Quàm teipsam decipis, Anima mea! dum Christi Discipulis annumerari cupis & tamen pati refugis. *Non est Discipulus Christi, qui non bajulat crucem suam.* Non horreo, O mi Jesu! nec pati refugio, voluntas est promptissima, nec cupit nisi assimilari tibi. Sed O carnem infirmam! O decipulam animæ meæ! En, O dilectemi! O robur meum! En, quàm contrarietur legi mentis meæ! Excæcat me, & ne videam te Magistrum meum, totâ die loquitur mihi vanitatem & mendacium, cogit & urget me, ut, quod generosè arripui, delibiosè deponam. O carnem rebellem, tepidam, fraudulentam! An vanas Mundi delicias, an carnis blandimenta præponam Crucifixo meo? Tu, tu, mi Jesu, totum me ample-

plexus es in cruce, & ego non amplectar te? Absit hoc à me. Egredere voluntas mea, induere vestimentis lætitiæ, sume tibi arma & scutum, & nimium quantum dolentem ac contristantem carnem debilita, enerva, supprime. Fixum ratumque sit, O mi JESU, nunquam amplius de cruce me descensurum, quousque tecum ascendero ad Patrem æternum. Quantum prius tribulationes & afflictiones horruì, tantum nunc amplectar. Quæ, obsecro, tua spes, O Anima mea, sine patientiâ? ubi corona tua? ubi fructus passionis Dominicæ, si eos è ligno crucis decerpere refugis? si crux est clavis Paradisi, quomodo sine eâ aperies? O crux ave spes unica, adauge gratiam. Da robur ô Crucifixe JESU, fer auxilium, confirma me & roborame, ut lubens, volens submittam me quibuscunque miserijs & angustijs.

Fructus & proposita.

FRuctus erit si proposita fuerint efficacia, hoc est, si studueris opere implere, quod mente cogitas & proponis; habebis enim quod agas, dum caro se opposuerit & recalcitraverit, cui crux & adversa minimè sapiunt, vinctes autem & subjugabis, si memineris, non sufficere crucem duntaxat auream manibus præferre, sed necessarium omninò esse,

esse, ut ea aureo pectori, id est, amore inflammato cordi inculpatur, quod fiet, si adversa Dei amore patienter sustinueris; nec obviscaris crucis argentæ, quæ est, si afflictiones conscientia purâ & candidâ pertuleris, id verò non solum aut bis in anno, sed semper & omni horâ, faciendum, ne in desuetudinem venias, ut taceam præceptum Christi esse, *quòtidie adversa toleranda*, quod idem inculcavit S. Bernardus: *non cessemus*, in-

Ser. 1. in eâ sine fine, sicut Christus perseveravit; ne-
in die minem audiamus de cruce descensum suaden-
Pascha. tem, persistamus in cruce, moriamur in cruce.

Qui tibi persuadet ut crucem relin-
 quas, hostis tuus est, docens te viam ad interitum,
 non ad Paradisum. Stabilias igitur cor-
 tuum & cogitationes tuas in cruce, & seque-
 re consilium S. Pauli, quo vult, ut mortifica-

2. Cor. tionem Jesu semper in corpore nostro circum-
4. feramus.

PUNCTUM TERTIUM.

CONsidera, Subdiaconum obligatum esse ad servandam perpetuam castitatem, unde ei dicitur: *Castitatem Deo adjuvante servare oportebit*. Et hoc multis de causis. I. ut ostendatur, quanta puritas requiratur in Ministro sacri altaris.

II. ut

II. ut edoceatur, invigilandum imposterum spiritui non carni, Religioni non vanitati.
III. propter reverentiam sacrorum paramentorum, quæ non solum puritate internâ, sed & externâ, id est, corporali tractanda sunt.

Considera II. ad stabiliendam hanc virtutem Castitatis obligari omnes voto solemni, nec id immeritò, cum enim Subdiaconi officium tam sit propinquum sacro Ministerio, isque totus debeat esse deditus servitio divino, omninò necessarium erat, hanc obligationem inducere, ne absque continentia & castitate totum spirituale ædificium corrueret, cum mulieres maximè retardent profectum spirituales & accuratam muneris sui observantiam: *Qui sine uxore est, inquit S. Paulus, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt Mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu.* Qui inhæret oblectamentis carnis & sensuum, difficulter spiritui se dedit; crede mi Subdiacone, nimium quantum sibi contrariari spiritum & carnem.

1. Cor. 7.
v. 32.

Considera III. potissimam causam, quod Deus castitatem à suis Ministris exigat, esse intensissimum amorem, quo erga puritatem

Ff 4 æstuat,

æstuat, unde etiam summopere cautum volebat, ne ullus unquam, vel de S.S. Apostolis, vel de S.S. Martyribus, de crimine impuritatis accusaretur, tametsi Tyranni fuissent eis infensissimi, plurimæque aliæ falsæ accusationes contra eos allatæ fuissent, quemadmodum observat S. Joannes Chrysostomus: *Nullus unquam Apostolis aut fornicationis, aut implicitie crimen objecit, sed tantummodo Seducitores appellati sunt.* Ex quo deduces, quantum Christo placeat puritas, & quantum displiceat sola, etiam falsa, accusatio.

AFFECTUS.

SCio, O Domine mi! quod sis summus amator puritatis, nec velis Ministros, nisi corpore & animâ puros; quis autem dabit mihi, quod petis? An terra? Ah utinam non omnis caro corrupisset viam suam! frustra inter homines quæro, quod proprium est Angelorum. Ad cælos igitur me sustollo, teque, O mi JESU! & omnes cælestes spiritus fatigo, ut, quod jubes, concedere dignamini. *Continentiam jubes? Da, quod jubes, & dabis libenter sequi.* Mitte Spiritum Sanctum, ut purificet cor meum, & flammæ casti amoris in eo accendat. *Veni O lumen cordium!* Veni O Sancte Spiritus, tuique amoris igne consume omne alium noxium

noxium & incaustum ignem. Venite O Angelici spiritus, venite regni illius Candidati, in quo delitiosissimè fragrant lilia castitatis, & impetrate mihi puritatem corporis & animæ. Veni O Virgo Virginum præclara; Veni O Regina Virginum & speculum puritatis; Veni O prodigiosa Mater & simul castissima Virgo; roga pro me filium tuum, ut robor mihi concedat resistendi omni carnali tentationi, quatenus suscepto muneri tam innocens & impollutus præesse possim, ut appaream magis Angelus, quàm homo.

De Ordinibus majoribus.

Si virtutis hujus necessitatem cognoveris, facies firmum propositum, eidem pro virili inhiandi, cum magnum honorem afferat, & sit pulcherrimum ornamentum, quod ab Ecclesiastico desiderari possit. *Quid decorius Castitate?* inquit S. Bernardus, *quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum denique de homine facit.* Memento, te sine puritate nunquam Deo placiturum, cum impuritas sit fætor graveolens, & nimium quantum divinis naribus exosus. Quotiescunque Anima polluta aram accerserit, Deus faciem avertet, & non acceptabit oblationes ejus. Minister immundus nun-

- quam Deo est acceptus, imò nec quidem agnoscetur ab eo. Probationem hujus capè à factò illo Evangelico, quo Christus mundum Dæmonem ejecit. *Exi Spiritus im-*
- Marci.* *5. v. 8.* *munde ab homine.* Ubi etiam nomen illius ignorare præferebat, innuens, tam sibi immunditiam esse detestabilem, ut vel nomen scire refugiat: *Et interrogabat eum, quod tibi nomen est?* Stude igitur, & medullitè conquire, ut illud dictum Apostoli probè observes: *Sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in honorem & Sanctificationem.*
- 1. Thess.* *4.*

DIES SEXTUS.

De Ordine Diaconatus.

PUNCTUM PRIMUM.

CONSIDERA Ordinis hujus dignitatem, quæ tanta est, ut non conferatur, nisi factâ priùs diligenti inquisitione de vitâ, moribus & virtutibus Ordinandi. Requiritur insuper approbatio populi, & orationes Ecclesiæ; quibus omnibus peractis, Episcopus imponit manum super caput ejus, & dicit: *Accipe Spiritum Sanctum, ad robur, ad resistendum Diabolo & tentationibus ejus.* Unde dignosces, quanta vitæ integritas sit necessaria, cum non tantùm oporteat eum esse

esse integrum moribus, & à populo appro-
batum, sed etiam infundatur Spiritus San-
ctus, ut donis ejus conformis sit, & dives
omni virtute.

Considera II. Dum Episcopus imponit
manum, & tu caput dextræ ejus submittis,
tria designari. Primum est, quod in specia-
lem tutelam sanctæ matris Ecclesiæ suscipia-
ris, unde ex consequenti etiam tu obligabe-
ris eandem specialiter protegere & defende-
re. Secundum, quod te humiliter velis sub-
mittere correctionibus tui Prælati. Tertium,
quod Episcopus te admoneat, quantoperè
estimare debeas dona Dei & gratias Spiritûs
Sancti, si enim hoc benè ponderaveris, seriò
attendes tuo officio, ut cum decore & abs-
que unâ terrenâ retributione peragas, o-
mnem tuam intentionem ad Deum dirigen-
do, à quo omnis merces, & recompensa ex-
spectanda est.

Considera III. Quantopere colenda ti-
bi sit puritas animæ & corporis, cum effectus
fueris habitatio Spiritûs Sancti, qui omne
immundum horret & fastidit, unde hujus te
communefacit Episcopus, dicens: *Quia
Cooperatores & Commistri estis corporis &
Sanguinis Domini, estote ab omni illecebrâ car-
nis alieni.* Quod, ut profundius menti im-
primat, proponit exemplum S. Stephani
tantoperè propter Castitatem ab Apostolis
com-

commemorati: *Cogitate beatum Stephanum merito præcipua Castitatis ab Apostolis ad officium istud electum.*

Confidera IV. & seriò pondera, quàm magna debeat esse integritas Diaconorum, cùm Apostoli septem Diaconos electuri apertè testati fuerint, necessarios esse homines plenos Spiritu Sancto & sapientià: *Act. 16. u. 7. Considerate viros boni testimonij, septem plenos Spiritu Sancto & sapientià, quos constituamus &c.* Et S. Paulus ad Timotheum scribens docet eum conditiones Diaconi, & dicit, quòd debeat esse plenus omni perfectione, liber ab omni peccato, & procul ab omni culpà: *1. Tim. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Quæ ultima verba: sine omni culpà, puri & perfecti: studiosè observes.*

AFFECTUS.

O Quàm confundor & erubesco, Deus meus! Video enim beneficia, quibus me cumulasti, & video ingratitude-
nem meam, qua tanto tempore inimicus tibi fui. Ah! plenus sim virtutibus & procul a peccatis, & eheu! plenus sum defectibus, & proxi-

proximus vitijis! O quàm mihi displicet mi-
ria mea! Quàm doleo de vitâ transactâ,
Otempus, quod sine spiritu, & absque de-
otione perdidisti! Imposuisti manum tuam,
confudisti Spiritum Sanctum, & ego extur-
ravi eum delictis meis. Obtestor nunc, O
mi Deus! immensam pietatem tuam, ut re-
cipias me oculis amoris ac benevolentia,
non verò indignationis & iracundia! Ex-
tende divinam manum tuam, impone capiti
meo, sustenta me, ne miser corruam; De-
fende me, ne inimicus confodiat me, assiste
miâ divinâ gratiâ, ut, eâ adminiculante, talis
sim Minister tuus, qualem hæc dignitas re-
quirit, impollutus videlicet, innocens & li-
ber ab omni peccato.

Fructus & proposita.

Disquire interiora tua, & observa, an
verè floreas illis virtutibus, quæ ad
hoc officium requiruntur. Vide, an
in te verificetur, quod jubet Episcopus: *Ni-
tidi, puri, casti, mundi, sicut decet Ministros
Christi*: si talis fueris, vixerisque hactenus
modo, quo poteras, optimo, lauda Deum,
quo omne bonum; sin, doleas, statuasque
imposterum meliora. Magna sanè injuria
irrogatur Deo, dum ille immunditijs in præ-
dam cedit, qui omni virtute coruscare de-
buisset.

buisse. *Habitaculum es Spiritus Sancti, m̄
Diacone, ne igitur contristeris Spiritum San-
ctum, exturbando eum, & introducendo
spiritum malignum.* Detestare, quidquid
mali factum, & cura, ut non secedat à te. Lar-
gitor ille munificentissimus, sine quo nullum
bonum sperari potest, & ne vacilles in tuo
sancto proposito, recordare, quod conti-
nearis sub potenti manu Dei, qui in omnibus
te defender, roburque addet contra nequif-
sima inimici tela. Sed, ne obliviscaris,
eandem manum armatam esse stricto gladio,
quo omnes severissimè plectentur, qui indi-
gne hoc munus obiverint.

PUNCTUM SECUNDUM.

Considera functiones Diaconi, quæ sunt,
ministrare Sacerdoti celebranti, can-
tare Evangelium, prædicare, bap-
tizare. *Oportet Diaconum ministrare ad altare,
prædicare, & baptizare.* Munera sanè
nobilissima, ubi tamen specialiter aliquid
obseruo, quod, dum ministrat Sacerdoti, ac-
cipiat ab eodem Pacem, quam deinde Sub-
diacono præbet, qui postea etiam alijs eam
dispensat. Pulchrum profectò mysterium
& nobile officium, plurima enim per hoc in-
dicantur. I. Pacem à sacro altari reci-
piendam. II. Sacro altari appropinquan-
dum

dum interiori compositione & quiete cordis. III. Ad sacrificium Missæ accedendum sine odio & indignatione ergà proximum. IV. fructum Sacrificij esse pacem. V. hoc ipso, quod Diaconus sit Minister pacis, summo opere illi allaborandum, ut eandem omnium cordibus inserat. Ego omninò judico, hoc officium esse fructuosissimum & summè æstimandum, eò enim ipsò, quod alicui pacem communicet, communicat omne bonum.

AFFECTUS.

Non miror, O mi Deus! quòd tam exiguà fruar pace in corde meo, id enim non tibi, sed tepori meo adscribendum, dum officium meum absque ullà devotione subeo. Unde enim quies interna, in qua repausat anima mea, si tam exiguà dispositione ad aram accedo? quomodo audebo pacem à te petere, qui totus indignandus, plenus passionibus & rancore sacrum ministerium perago? Ah! quàm frequenter iræ & odij motus militant in corde meo! O Domine mi! En, ultroneus fateor indignum me esse, qui vel minimum quid participaret de fructibus Sacrificij, id enim culpis meis debetur & negligentijs, dum nullatenus præditus sum conditionibus à te & ab ipsa requisitis. Sed, *O Deus meus! ne*
estres

intres in iudicium cum seruo tuo, & ne memineras iniquitatum antiquarum, quod enim haectenus factum, id nunc detestor & doleo, quod non serviverim tibi, serviam nunc, et si non eo fervore, quo debeo, serviam saltem eo, quo potero. Ne igitur prives me tuam sanctam pacem, sed da illam, quam Mundus dare non potest, pacem, ut ego eam in corde foveam, & simul alijs communicare valeam.

Fructus & proposita.

FRUCTUS optimus & selectissimus erit, si firmum propositum in corde tuo radicaveris, mutandi vitam, & majori diligentiam ac dispositione tremendo huic sacrificio assistendi; quemadmodum enim per hoc summè Deo placebis, sic summè displicebis, & gravissimam ejus indignationem provocabis, si vitam non emendaveris, majorique decore officium tuum peregeris. Cura, mi Diacone, & solerter invigila, ut pacem in corde tuo foveas, omnesque passiones elimines, hoc enim factò, Deus pacis assistet tibi, & deducet te ad gaudia Paradisi, ubi dulcissimam pacem aeternum perfrueris. Cogita, quod, tametsi subinde adversa ingruant, ut puta si ab alijs exercearis, offendaris, denuntieris, corporis infirmitate torquearis &c. hæc tamen omnia potius sint optima media ad

ad conservandam quàm amittendam pacem. Vult quidem Diabolus te sanctâ pace privare, & discordias accendere, sed Deus amator pacis longè aliud intendit, qui non cupit, nisi animam tuam, & interiora tua ita emundare, ut semper ad quævis adversa toleranda sis paratissimus, atque adeò etiam in casibus improvisis immotus permanes; emundaberis autem, si adversa non spectes nudè & purè, ut corpori tuo contraria & gravia sunt, sed ut instrumenta à Deo immissa, quibus ad Deum & cœlestia eleveris, tantumque in viâ perfectionis progrediaris, ut, spretis omnib9, soli Deo adhæreas, nihil magis desiderans, quàm de die in diem, de horâ in horam, in virtutibus crescere, ad quod cùm adversa vel maximè conducant, gratulaberis tibi, quotiescunque tale quid advenerit, utpote occasionem nactus, votum & desiderium tuum adimplendi, quod erat, placere Deo & proficere in virtutibus.

PUNCTUM TERTIUM.

CONSIDERA & aliud officium Diaconi, quod est prædicare verbum Dei: oportet *Diaconum prædicare*: Officium verè Apostolicum. Quemadmodum enim per Altaris ministerium inservis corpori vero & reali Christi Domini; sic per prædica-

Gg

prædica-

prædicationem Evangelij in servis corpori mystico, quod est populus. Dum Altari assistis, exerces te in amore divino, dum prædicas in amore erga proximum; ut adeò satis congruè affirmari possit, Diaconum in suo officio adimplere omnem perfectionem legis Christi, quæ consistit in amore Dei & proximi. Quod si non fuerit aptus ad prædicandum, conabitur tamen doctrinam Christianam tradere populo & adolescentulis, quod ministerium Deus summopere commendat & approbat, dum tales Ministros insignit titulo Doctorum & Evangelistarum, quia docent populum doctrinam cœlestem, & explicant ei Evangelium.

Considera II. & crede, frequentissime tibi in mentem revocari, quod Jeremias in suis Threnis deplorat: *parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Per parvulos intelligendo ignorantes & rerum fidei imperitos, qui tanquam famelici clamant, ut mysticus & cœlestis hic panis frangatur, quantum animam refocillare valeant. Quod, quantum Deo placeat, quantumque Deus desideret, ut populus erudiatur in doctrinâ Christianâ, patet ex facto illo, cujus meminit S. Marcus, ubi Christus Dominus discipulos suos accessum parvulorum impedire volentes increpavit, indignabundè eos alloquens: *Sinite parvulos venire ad me. Ac si diceret;*

Thren.
4. v. 4.

Marci.
10. v. 13.

diceret; tum enimverò satisfacietis officio vestro, si parvulis panem doctrinæ Christianæ fregeritis, quo reficiantur, & in fortitudine cibi istius ad me perveniant.

AFFECTUS.

O Mi Jesu! sitne impossibile, ut sine amore quis ingrediatur regnum cœlorum? Ah anima mea! ubi erit æterna tua mansio, si tales à cœlo arceantur? O quam repentinus interitus obversatur oculis meis! O quam vanâ spe hucusque me lactavi! Credidi ad superna habitacula me avolaturum, sed ecce! exiguus amor, quo in Deum & proximum feror, aliud præfagit. O quam fui hucusque negligens, quam exiguo ardebam desiderio erudiendi, seu potius frangendi panem famelicis! O mi Deus! Quid O anima mea exspectabis sine amore erga Deum & proximum? Habes cur timeas, ne severissimus vindex Deus exerat gladium illum, quo suæ legis transgressores ferit. Time, time, O anima mea, & accelerato gradu ad Deum tuum confuge, supplex facta, ut sanctum hunc amorem in te suscitet.

O Deus meus! En supplicem me! Imple animam meam amore tuo. O! placeat tibi Domine Deus, ut vero amore totus incandescam, tamque ardentes flammæ in me insurgant,

furgant, ut in tuo amore penitus comburam. Placeat insuper O Deus, ut ita erga proximi salutem exastuem, ut ipsius amore quævis aspera spernam, hoc solo contentus, quod benefacere possim. O utinam omnes ignorantes, omnes peccatores possem ad te adducere, & sancto amore inflammare, etiam cum dispendio vitæ meæ. Doleo nunc, O mi Jesu! & omnes negligentias meas serio emendabo, quia ex nunc *diligo te ex toto corde, totisque visceribus meis, & proximum propter te.*

Fructus & proposita.

Optimus, imò sumè necessarius, tuus fructus erit, si non solis ac nudis propositis fueris contentus, sed insuper in effectum deducere studueris. Non sufficit verbis duntaxat protestari, sed necessarium est, ut reipsâ comprobetur, quod promissum est. Examina diligenter conscientiam tuam, & deprehendes negligentias tuas, investiga solerter, nec desiste cuncta discutere, quouque omnia ad justam normam reduceris. Cogita semper, totum, quod fit populo, fieri Deo, nec minùs esse, prædicare & doctrinam Christianam explicare, quàm altari assistere. Vita tua, mi Diacone, non est consumenda *in cupiditatibus, in comessationibus, sed in ser-*

vitio Dei & proximi. Servitus omninò nobilissima, magisque æstimanda, quàm regia libertas & magnificentia, si enim quilibet actus suam nobilitatem desumit ab objecto, patet utique, actum hunc esse nobilissimum, cum respiciat ipsum Deum & salutem animarum, quæ sunt objecta tam nobilia, ut quodcunque terrenum superent.

DIES SEPTIMUS.

De Ordine Sacerdotij.

Atingimus nunc maximam sublimitatem in Sacramento Ordinis, quæ est Sacerdotium; Sacerdos enim, cum sit præcipuus Minister sacri altaris & consecret corpus & sanguinem Christi, offert illud ipsum sacrificium, quod Christus in cruce æterno Patri obtulerat, cum hæc differentiâ, quod illud Christi fuerit cruentum, hoc verò incruentum. Ex quo utique elucet magna auctoritas Sacerdotij, dum potentiam suam etiam in ipsum corpus dominicum extendit. Nec aberravero, cum hanc dignitatem omnium præcipuam nuncupavero, tametsi enim ex alijs capitibus major sit dignitas Episcopalis, non est tamen major aut distinctus Ordo à Sacerdotio (prout communior Theologorum docet) sed una duntaxat exemptio ab eo.

G g 3

PUN-

PUNCTUM PRIMUM.

CONSIDERA primò dignitatem Sacerdotij ab Etymologiâ nominis, Sacerdos enim significat *sacra dans, sacra docens, sacer Dux*. Est Dux sacer, quia ipsius officium est, ut animas perducatur ad Deum. *Dat res sacras*, quia communicat animabus Sanctum & Sanctorum, ipsummet Christum Dominum; *Dat* populis sacratissima sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ. *Docet res sacras*, quia ipsius doctrina non tendit, nisi ad salutem animarum, unde nihil nisi sacra inculcat, ut puta: devotionem, fervorem spiritûs & fidem Catholicam. In summâ: dicitur Sacerdos, quia totus est intentus servitio Dei & animarum; unde toties peccatur, suoque officio abutitur, quoties non tractat negotia ad Deum vel auxilium animarum spectantia; ut igitur re & nomine sit Sacerdos, totus sit deditus Deo & bono proximi. Est totus Dei, quia offert Deo ipsum Deum, est totus proximi, quia omnia agit & totum se impendit saluti proximi.

CONSIDERA II. quanta requiratur perfectio in Sacerdote, quam deducere potest ex accuratâ diligentia, qua in ejus Ordinatione utitur Episcopus. Consule Pontificale Romanum, & videbis, quanta testimonia requirantur, quantoperè interrogetur, cupiatque Episco-

Episcopus informari de perfectione Sacerdotis: *Sed ne unum fortasse, vel paucos aut decipiat assensio, aut, ne fallat affectio, sententia est expectanda multorum.* Invitantur omnes adstantes, ut candidè dicant mores; adhortatur, ut non habeant respectum ad personam, sed liberè manifestent, si quem noverint defectum.

Considera III. Quomodo invocetur Spiritus Sanctus, & sacro oleo manus inungantur, cum oratione: *Consecrare & sanctificare digneris Domine manus istas per istam unctionem, & nostram benedictionem.* Qua invocatione postulatur à Deo externa & interna perfectio Sacerdotis. Interna per infusionem gratiæ Spiritus Sancti, externa per inunctionem manuum, quæ inunctio pulcherrimè Sacerdotem instruit, quòd, quemadmodum oleum conservat ignem, ita ipse teneatur zelare honorem Dei, suoque fervore coram populo rutilare ad instar accensæ Lampadis.

AFFECTUS.

Vix dum in statum hunc, & in hanc meam obligationem oculos conieci, cum, ecce mi Deus! *Confusio operuit faciem meam.* O quàm intimè conjunxisti me tibi, dum te ipsum manducandum, tractandum,

Etandum, alijsque dispensandum concessisti!
 & ego, O miserum me! elongavi me à te,
 plus Mundo, quàm tibi affixus. Quid feci-
 sti tibi sic, O Anima mea, dum Mundo te
 adeò consecrasti, quæ tamen totaliter Deo &
 proximo es dicata? Quid sunt favores isti,
 nisi vincula amoris, quibus te amantissimus
 Deus sibi devicit, & in Deum quasi transfor-
 mavit? Revertere, O Anima mea, & mente
 confusâ prostertere coràm dulcissimo Jesu
 tuo, veniam humiliter implorans. O mi
 Jesu amantissime, quando veniet felix illa
 hora, in qua cognoscam beneficia mihi col-
 lata? Eruisti me de lacu miseræ & tenebra-
 rum, tenebrarum infelicis hujus Sæculi, ut te
 solùm cognoscerem & amplecterer. Manus
 inunxisti, ut non operarer, nec tractarem,
 nisi sancta. Erexisti pedes meos, ut curre-
 rem post vestigia Sanctitatis tuæ. Sed, O
 miseram me, elongavi me à te, pollui manus
 meas, & immersti me luto iniquitatis. Pro-
 pter quod ex toto corde doleo, seriamque
 & integram promitto emendationem. Tu,
 ne derelinquas me, sed instrue manus meas
 ad prælium, & digitos meos ad bellum; di-
 rige gressus meos secundùm eloquium tuum
 & vivam. Ah vivam! vivam in te, O
 mi Jesu, & æternùm
 vivam!

Fru-

Fructus & proposita.

Meliorem fructum non faciet Sacerdos ex hac consideratione, quàm si generosè se resolverit, posthac uni & soli Deo adhærere, hoc sibi in protestationem assumpto: *Pars mea Deus in eternum, huic vivam, huic moriar, huic perennabo.* Crede, mi Sacerdos, quidquid Deus cum animâ tuâ disposuerit, & tibi immiserit, id totum fieri, ut eam à Mundo abstrahat, sibi que totaliter uniat. O si Sacerdotes cogitationes suas impenderent subtili considerationi suarum obligationum, prò! quàm major fervor & optatior ædificatio essent resultaturi! O si considerarent, electos se esse à Deo in Ministros suæ Ecclesiæ, prò! quàm forent frequentiores in Ecclesiâ! quàm essent averfaturi publicas plateas, & alia loca vocationem suam dedecentia! O si ponderarent Ecclesiam sibi in habitaculum esse designatam, prò! quàm citò discessuri essent à Curijs & Palatijs, ubi cum Magnatibus & terrestribus Dominis complementa & sæculares caremonias fovent, iisque totas se impendunt! O si intelligerent, complementa & caremonias suas cœlestes esse, prò! quàm execraturi essent prophanas istas nugas! Emendate vos O Sacerdotes, & mementote, Dei vos esse & Ecclesiæ ejus, maximasque ob-

ligationes vestras. Scitote, filium non esse adeò devinctum parentibus, nec mulierem marito, quemadmodum vos Deo. *Redite ad cor*, et Paulinum monitum studiosè pen-

1. Cor. 6. fate: *Non estis vestri: & alibi: Nemo vestrum sibi vivit.*

14. v. 7.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA magnificentiam & potentiam Sacerdotis, quæ verè stupenda est & ineffabilis, ut proinde S. Ephrem eidem intentus detineri nequiverit, quin exclamaret: *O Potestas ineffabilis, quæ in vobis habitare dignata est per impositionem sanctorum Sacerdotum! O quàm magnam in se continet dignitatem formidabile, admirabile Sacerdotium! Potestne dari major potentia? Pollet auctoritate, ipsummet Deum pro libitu omni loco & tempore, quocunque voluerit, in terram trahendi, ut adeò dici possit*

Job. 41. cum S. Job quòd *non sit potestas super terram, quæ comparetur ei.* S. Bernardus hac ipsà potestate absorptus quatuor prerogativas eruit, quibus gloriosissimæ Virginis potestatem excedit: *Sacerdotalis potestas superat potestatem Virginis gloriose, & primò quidem quoad verba; Virgo enim gloriosissima octo verbis unigenitum Dei filium in virginali suum uterum traxit; Ecce ancilla Domini, fiat*

Ser. 20.

fer. 3.

post

Dom.

2. quadrag.

mibi
tùm
meur
eum
re p
tame
Sacer
habe
III.
lem e
confi
licet
uteru
taxat
lies p
denu
cerdo
re pr
(ut c
rum
incar
Q
minir
cerdo
confu

mihī secundum verbum tuum. Sacerdos tantum quinque adhibet: *Hoc est enim corpus meum.* II. Benedicta Virgo tam parvum eum accepit, ut oculus humanus vix videre potuisset primo conceptionis instanti, tametsi perfectus fuerit corpore & animā; Sacerdos verò unicā suā voce tantum eum habet præsentem, quantus regnat in cœlis. III. Sanctissima Virgo mortalem & passibilem eum concepit, ubi in manibus Sacerdotis consistit immortalis & impassibilis. IV. quia licet castissima Virgo verbis suis Dei filium in uterum suum traxerit, id tamen semel duntaxat factum est, nec unquam, tametsi milles postea repetita tantæ efficaciz fuisset, ut denudò in Mundum veniret, cum tamen Sacerdos id toties possit, quoties voluerit. *Vere profectò veneranda Sacerdotum dignitas (ut cum S. Augustino exclamemus) in quorum manibus Dei filius velut in utero Virginis incarnatur.*

AFFECTUS.

Quomodo non admirabor, O amantissime Jesu! tantum honorem, tantam potentiam, quam dedisti mihi minimo famulo tuo, dum me ad tantum Sacerdotij gradum evexisti? O Deus, quàm confundor, dum indignitatem meam considero.

dero. Quid, obsecro, O mi Jesu, in me placuit tibi, quomodo, & ubi promeritus sum tantum bonum? Cur tantam potentiam in debilissimo famulo tuo voluisti collocare? scio, totum hoc provenisse à tuâ divinâ bonitate & amore. Ah! Anima mea, quàm nulla tibi suppetit excusatio, quod non incessanter cum Deo tuo commoreris, cum continuo & in manus & in cor tuum possis eum trahere. Obstupesco sanè, quod non ames Deum tuum tam amabilem & desiderabilem. Obstupesco, quod non impendas omnes tuas potentias ad eum benedicendum, & gratias agendum pro tanto favore. Quia igitur erigimini omnes potentia meâ; Intellectus consideret ingentem hunc favorem, & proponendo voluntati hæc inflammetur, imò consumatur amore & stupore, nec memoria unquam obliviscatur.

Fructus & proposita.

Memento ô Sacerdos, quod si Deus tantâ potestate te condecoraverit, ut è cælo in terram trahere possis filium Dei, non secus ac beatissima Virgo, quæ eundem stupendâ suâ humilitate virginali utero inclusit, procurandum tibi summo perere, ut Marianâ puritate & sanctitate præfulgeas, quod cum sit impossibile, ut tantum per-

perfectiōnis apicem conscendas, tamen eandem imitare saltem in humilitate, indignum teore & corde profitendo. Humiliavit se eminentissimum perfectiōnis scrutinium, subjecit se, & subijciendo attraxit in sua viscera Christum Jesum; idem & tu facito, nec dubita, quin promptissimus adfuturus sit idem Dei filius. Eritque hic optimus fructus, quem eruere poteris, cū enim te humiliaveris tuamque vilitatem agnoveris, majori tremore & reverentiā officium tuum subibis. Devotæ cuiuspiam animæ videbatur res propè creditu difficillima, ut misellula anima, vilissima & abjectissima creatura possit superbire, consideratis miserijs, quibus media innatat; tametsi enim à Deo ad supremum fastigium sit elevata, id tamen non superbiæ, sed humilitatis motivum est, quia totum hoc ex abundantia divini gratiæ non ex hominis meritis provenit. Procurabit igitur Sacerdos in veram suæ auctoritatis cognitionem devenire, atque ex eâ in suæ nihilitatis abyssum descendere, quo fiet, ut, in laudes Dei resolutus, summo studio sit allaboraturus, quatenus omnes defectus in suo munere commissos seriò emendet.

PUN-

PUNCTUM TERTIUM.

CONSIDERA caeremoniam, qua utitur Episcopus in Ordinatione Sacerdotis, dum capiti ejus manum imponit, dicens: *Accipe Spiritum Sanctum* &c. quod est materia & forma essentialis partialis, altera enim pars est porrectio calicis cum vino, & patenæ cum hostiâ.

CONSIDERA, quàm sint pulchræ considerationes, quæ formari possunt. Primò enim intelligitur per Spiritum Sanctum plenitudo gratiæ, quam debet habere anima, quæ recipit Ordines sacros. II. Potestas Sacerdotis, quæ tanta est, ut ipsemet Spiritus Sanctus infundatur; & hæc est potestas cœlestis à solo Deo concessa, non verò à se ipso obten-

lib. 3. de ta. Audi S. Jo. Chrysostrum: Quidnam Sacerd. hoc aliud esse dicas, nisi omnium rerum cœlestium potestatem illis à Deo concessam? III. Accipit Spiritum Sanctum, qui est fons, unde derivatur omne bonum, quem proinde Sacerdos semper invocet, priusquam aggrediatur officium suum. IV. Spiritus Sanctus, qui est totus ignis amoris, vult ostendere, Sacerdotem ad sacrificium prodeuntem debere ardere amore divino, penitusque à corde suo expellere omnem affectum terrenum & amorem prophanum, ac solo amore cœlesti flagrare.

Con-

Confidera & aliam auctoritatem, quæ ab Episcopo confertur, quæ est potestas absolvendi à peccatis. *Quorum remisistis peccata* &c. Si magna est potestas Sacerdotis super reale corpus Christi, admirabilis etiam est ista supra corpus mysticum. O stupendum Sacerdotis officium! habet enim potestatem claudendi Infernum, & aperiendi Paradisum peccatoribus pœnitentibus, liberandi eos à servitute Dæmonis, & in filios adoptionis vindicandi, absolvendi à peccatis, quæ sunt catenæ diabolicæ servitutis. Sacerdos recuperat homini deperditum Spiritus Sancti gratiam, sanat infirmum, imò excitat per peccata mortuum, vitæque optatissimæ restituit per Medicinam Sacramenti pœnitentiæ, liberat denique ab omnibus malis, dum à peccato absolvit, quod est radix omnium malorum.

AFFECTUS.

Fateor, O Deus meus! iniquitatem meam; fateor exiguum meum spiritum in servitio tuo. Unde, ô Anima mea, tantus tepor tuus? unde tam exiguus tuus amor erga amantissimum Deum tuum? quæ tamen in collatione Ordinis sacerdotalis accepisti Spiritum Sanctum, qui est *fons vivus, ignis, charitas*? Ah! video, & dolens video originem

ginem teporis mei. Nimiùm eheu exsurgit,
 & ingentes flammæ agit amor prophanus in
 corde meo, ut ad eò superet, sopiat & expel-
 lat amorem divinum. O JESU mi benignis-
 sime! quàm foetum monstruosum suscitasti
 tibi, dum tantâ auctoritate me condecora-
 sti? Fons sum ego, qui alios abluendi pote-
 state polleo, & ego memet deturpo, turpissi-
 misque cloacis innato. Catenas peccato-
 rum innexas exsolvere possum, ipsemet mil-
 lenis vinculis constrictus. Cacodæmonis
 unguibus eripio quantumcunq; eidem man-
 cipatos, & ego in miserabile mancipium me
 consigno. Plange, O anima mea! ingemisce
 & suspira, quia verè magna est miseria tua.
 Verè monstruosa sum progenies! sed rever-
 tar, O Pater misericordiarum! abjurabo vias
 difficiles, tibi que rebelles, ac eò magis te
 posthac amabo, quo magis hætenus neglexi
 diligere te.

Fructus & proposita.

PROCURA mi Sacerdos, ne infructuosa sit
 auctoritas tua, sed fini à Deo intento
 apprimè respondeat, quod fiet, si sem-
 per aut Deo adstiteris in sacro altari, aut pro-
 ximo, succurrendo illi. Cave, ne perdas
 gratiam Spiritûs Sancti, eique obicem po-
 nas, sed fuge solerter quidquid ardentissimè
 huic

huic venæ obstat, nec hoc ipsum grave tibi
accidet, si consideraveris dignitatem, quæ
ipsamet te impellit ad diligentem morum
custodiam. Recordare, concessam aucto-
ritatem absolvendi à peccatis tam studiosè
exercendam, ut proximum non tantum libe-
res à peccatis, sed, quantum in te fuerit, in-
struas viam mandatorum Dei, præcidasque
omnes peccandi occasiones. Bonus Sacer-
dos, ut sit perfectus, debet omnes suas poten-
tias soli Deo & saluti proximi impendere,
quod si fecerit, tum enim verò demonstrabit,
covere se ignem cœlestem, esseque vivum
Spiritus Sancti habitaculum.

DIES OCTAVUS.

De

*Excellentia Ordinis Sacerdo-
talis respectu Sacerdotij legis
antiquæ.*

PUNCTUM PRIMUM.

Considera, totum, quòd in lege veteri
fuebat, fuisse umbram & figuram novæ
legis, nec accepta erant Deo sacrificia,
nisi in quantum respiciebant præsens sa-
crificium. Verùm, ò quantum discrimen
inter sacrificia & victimas veteres, quæ non
erant quàm immolationes animalium, boum,
H h ovjum,

ovium, hircorum, volucrum; & inter sã
 crificium novum, in quo offertur corpus &
 sanquis ipsiusmet Dei filij. Quòd si effica-
 ciam sacrificiorum antiquorum considerave-
 ris, deprehendes potiùs debilitatem, quàm
 vim & efficaciam, quia ex seipsis nihil pote-
 rant, ut idcirco S. Paulus ea vocaverit: *In-*
Gal. 4. v. 9. firma & egena elementa, utpote, quæ care-
Hebr. bant virtute liberandi à peccatis; *Impossibile*
10. v. 4. est, sanguine hircorum, aut taurorum auferri
peccata. Quemadmodum inquit idem S.
 Paulus. Ubi econtrà nostrum sacrificium est
 omnipotens, tantæque efficacæ, ut ei, cui ap-
 plicatur, remittat in virtute corporis & san-
 guinis Christi noxas commissas, cum idem
 ipsum sit, quod in monte Calvaria obtulit
 benignissimus Mundi Redemptor æterno
 Patri.

Considera nunc, quanto pluris æstiman-
 dum sit Sacerdotium novæ legis, quàm illud
 antiquæ, quamque sit nobiliùs, digniùs &
 honorificentius; Majori sanè honore profe-
 quendi sunt Sacerdotes, quàm ipsimet An-
 geli, quemadmodum piè observabat S. Fran-
 ciscus Seraphicus, cui, si obviasset Angelus
 & Sacerdos, priùs veneratus fuisset
 hunc, quàm illum.

* * *

AFFE-

AFFECTUS.

Magnum omninò beneficium est, Anima mea, quod Deus tibi contulit, dum istis temporibus te nasci voluit, ubi occasionem habes fruendi sacrificio tam nobili, tam sancto, tam omnipotente. At, quid hoc respectu gratiæ, qua elevata es ad gradum tam sublimem, ut pretiosissimam hanc victimam sacratissimi corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi ipsamet offerre possis? Quas, obsecro, cogitationes efformas, Anima mea, dum incomparabile hoc beneficium consideras? Quomodo correspondest tanto honori? dum liberum tibi & in potestate tuâ est, offerre sacrificium, quod Christus Dominus in arâ Crucis obtulit. Ipse obtulit cruentum, tu incruentum; Tu es Minister Christi, imò representas, ipsammet personam Christi, dum sacrificas. Gratias igitur infinitas age Domino tuo, O Anima mea! pro tanto beneficio. Cuperem, O Deus meus! ut haberem millenas linguas ad te laudandum & gratias agendum, millenaeque corda, ad te amandum. Quomodo non potero te amare, mi amabilissime Jesu! unicum objectum amoris mei? cur non in ardentem rogam mutatur pectus meum, dum à Deo electus immolò te quotidie, O mi Jesu! consumptum igne amoris in monte

Hh 2

Gal-

Calvariæ? Imple, O Jesu mi! imple animam meam coelesti tuo amore, ut semper vivam in tuo amore, & in tuo amore moriar.

Fructus & proposita.

FRUCTUS erit agnitio tuæ miseriæ, languoris & teporis, quibus non obstantibus, nihilominus ad honorem tam eximium es elevatus. Dolebis proinde de spiritu & devotione tam exigua; humiliabis te, & deplorabis defectus tuos. O quantam rationem debebunt Deo reddere Sacerdotes illi! qui, in oblatione tam sancti, tamque ad expellenda peccata præpotentis Sacrificii detenti, nihilominus, imò potiùs nova peccata addunt quam expellunt! proque eo, ut maculas abluant, turpiores fiunt. Confundèris profectò mi Sacerdos, cum consideraveris miseras tuas, moveberisque ad firmandum serium emendationis propositum.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA Sacerdotium antiquæ legis, quod erat potiùs officium lanionum quàm Sacerdotum, quia occidebant animalia, oves & boves &c. in diversas partes quodlibet dividendo, unum altari, alterum Sacerdoti tribuèntes. Accendebant ignem, apportabant ligna & alia vilia officiola

ciola peragebant, nihil magnificentum, nihil nobile, & tamen lege sancitum erat (quod probè observes) ut dicti Sacerdotes benè viverent; ut essent perfecti & sancti, nulla- que in eis impuritas. Unde Deus continuò eis inculcabat: *Sancti estote, quia ego sanctus sum; Qui maculam habet non accedat ad altare,* & hoc cum interminatione gravissima- rum pœnarum, si à Sanctitatis viâ deviâssent.

Considera nunc, quantam puritatem, perfectionem, & Sanctitatem requisiturus sit Deus in Sacerdotibus, qui non offerunt animalia, sed Agnum immaculatum Christum Jesum in sacro Altari. Scelerati Sacerdotes, qui non considerant magnitudinem sui Ministerij, & adhuc sceleratiores, qui, dignitatem agnoscentes, vivunt in peccato mortali, & sacro altari se insinuant, ausu nefario accedentes ad offerendum Sacrificium tam purum, tam sanctum, tamque immaculatum. Immolant Sanctum Sanctorum, qui est verus Dei Filius, & ipsi sunt cloaca impuritatis, ad- usque verticem cœno peccatorum immerfi.

AFFECTUS.

O Miserum me & infelicem! infirman- tur omnia ossa mea, conturbantur omnia interiora mea, tremunt & defi- ciunt oculi mei, dum vident imperfectum

Hh 3 meum,

meum, qui tamen Sacerdos sum magni Dei, & immolo victimam tam sanctam. O Deus! *quid faciam miser?* Non possum nisi expectare gravissimas pœnas. Unde ignosces, O mi Jesu! dum peccatis meis toties provo- co indignationem tuam? Audeo (O mi Jesu! propitius esto tanto peccatori:) audeo pede dissoluto, manibus contaminatis acce- dere, & tactare te, O agne immaculate! O ovicula innocentissima prò me ad crudeliffimam victimam ducta! Timeo, & tremens timeo, Anima mea, ne ferrum ignitum in ca- put tuum cudas, quo ab Altari arcearis, & æternum pereas. Sed nunquid Deus obli- viscitur inopiæ meæ, qui dives est in omnes? Scio, O mi Jesu! quòd *aperias tu manum, & impleas omne animal benedictione.* Imple igitur & me vacuum meritis & plenum pecca- tis, paratum tamen noxas omnes abjurare & deponere: Cupio, & excæcatus clamo cum cæco illo Evangelico: *fac Domine, ut videam, & perfecte agnoscam miseriam meam, teque adjuvante emunder ab omni labe peccati.* Tu pretiosissimo tuo sanguine lava me, ex- tende benignissimam manum tuam, & dic: *volo: mundare.* *Ablue me, O mi Jesu, ab omni maculâ peccati, & munda me pretioso sanguine tuo.* Recordare, O anima mea! te esse ministram summi Monarchæ, & Dei tam Sancti, cui nihil offerendum, nisi sanctissima quæq;

quæq; quæ sunt unigenitus ejus filius complementum omnis Sanctitatis. Unde in mentem reducito, rem tam sanctam non esse tractandam sine specialissimâ puritate, & quin ipsamet sancta sis.

Fructus & proposita.

SANCTITAS à Sacerdotibus antiquæ legis requisita docet unum quemque, quàm Sacerdotes novæ legis deberent esse immaculati & integræ vitæ. Hi enim non figuram, sed ipsi figuratum Christum Jesum immolant; unde S. Ambrosius: *Si in figurâ Lib. 1. tanta observantia, quanta in veritate. Labo- de off. ret igitur, & pro vixili conetur de die in c. 30. diem proficere, ne gravissima supplicia in perversos intentata incurrat. Alliciat ingens beneficium, & dignitas vilissimo homuncioni concessa. Exstimulet amor infinitus, & à malo retardet certissima pœna aternùm duratura. Aspiciat Christum Jesum ut oviculam patientissimam, plenam amore & misericordiâ, sed ne obliviscatur justiejusdem judicij. Misericors est & benignus quam diu vivimus, cùm autem ad tribunal stiterimus, est justus Judex & patiens redditor, timendumque, ne subito nos præoccupet, commissæque negligentia & teporis pœnas exigat, tantò graviores, quantò di-*

Rh 4 stulerit

fulerit vindictam, Recordare, mi Sacerdos, quod semper sancta tractes, & cum Deo agas; Memento insuper, cum Throno Dei non assistant nisi sanctissimi spiritus, Angeli, Archangeli, Seraphim & Cherubim, tibi quoque incumbere, ut sis Angelus puritate & Seraphim amore, cum & tu Deo semper assistas, & æterno Patri sanctissimam victimam offeras. Attende igitur, & solerter invigila, ut magno ardore inhies perfectioni, totum, quod est imperfectum, generosè rescindendo.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera dignitatem Sacerdotij intuitu abundantis gratiæ, qua Sacerdos à Deo repletur, plurimisque bonis cumulatur, cum enim inimica sit peccati, mox illud expellit, liberat à servitute Diaboli, illustrat intellectum effugando tenebras ignorantia, inflammat voluntatem amore divino, abstrahit eam à creaturis, & unit Creatori. Efficit insuper, ut contemnat Mundum, & cælo se immergat. Roborat quoque animam, & subministrat vires ad debellandos inimicos, vincendasque passiones suas, reddit hominem vicum Dei & hæredem Paradisi.

Considera, O Anima! singulares prerogativas gratiæ divini, quas omnes modo perfe-

perfectissimo Sacerdōs possidet, polletque potestate, easdem in alios effundendi, unde S. Joannes Chrysoftomus pulcherrimè discurret: *Sine Sacerdotibus non possumus esse participes nec bonorum promissorum, nec salutis.* Idcirco, si quis non potest ingredi regnum caeleste, nisi renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, & si privabitur vitâ aternâ, qui non manducaverit carnem Christi, totam utique salutem debet adscribere Sacerdoti, à quo hoc tantum provenit. *Quis poterit sine Sacerdotum ope fugere ignem aeternum, vel acquirere coronam caelestem? Mediantibus Sacerdotibus vestimur Christo, unimur filio Dei, & efficimur membra capitis ac Redemptoris nostri.* Hactenus S. Jo. Chrysoft. Subsiste hîc, mi Sacerdos! & vide, quanta debeat esse gratia Sacerdotum, dum Deus, mediantibus illis, comunicat fidelibus omne bonum. Si renascantur per Baptismum, hæc nova nativitas fit mediantibus Sacerdotibus; si infirmi per peccatum labuntur, Sacerdotes eos erigunt per pœnitentiam. Si nutriuntur cibo caelesti, panem hunc suavissimum Sacerdos præbet. Ex quibus perfacile perspicias, quanta requiratur perfectio & sanctitas in Sacerdotibus, dum eos Deus elegit ad sanctificandum alios.

* * *

AFFE.


AFFECTUS.

Tanto gratiarum imbrem me perfudisti Deus meus, tantæque favorum celestium abundantiam me locupletasti, & tamen tam parùm vocationi meæ respondeo, millenisque defectibus obnoxiam, atque adeò his omnibus indignissimam me deprehendo. Elegisti enim in canalem, per quem gratiarum tuarum fluentia in alios effluant, & ego ipse sum totus aridus & siccus. Stupendum sanè, sed dolendum magis. Quomodo est possibile, O Anima mea! ut in medio aquarum sis tam arida & exsiccata: ex te utique perditio & miseria ista. Ah! utique ex proprio defectu meo; utpote, quæ in peragendo officio meo non adhibeo illum spiritum, illum fervorem & diligentiam, quæ ad tantum Ministerium requiritur. Ignosce, O mi Jesu! hanc culpam meam, & fac, ut dignè & laudabiliter tibi serviam. Aperi viscera pietatis tuæ, suscipe me in gratiam tuam, roboracor meum, & corrobora spiritum meum, O Deus fortitudinis! inflamma me, ut totus ardeam in te.

Fructus & proposita.

EX consideratione tanti favoris à Deo concessi, & tantæ tuæ ingratitude
con-

confunderis in corde tuo; suspirijs profectò
& sanguinolentis lachrymis dignissimum est,
videre tot Sacerdotes tantis beneficijs præ-
ventos, & tamen sæpenuerò omni gratiã
vacuos, Deique inimicos. Mirum omninò
quid est, O mi Deus! quod Sacerdotes, per
quos condiendi & refrigerandi sunt homi-
nes, sint ipsimet privati gratiã Dei, deterio-
resque Laicis. Hoc punctum præcipuum tibi
esto, O Sacerdos! quod specialiter consi-
deres. Ingredere conscientiam tuam, &
probè discute, in quo statu reperiat anima
tua. Plange & desle malam vitam tuam;
emenda te & æstima gratiam, quam Deus tibi
communicat. Non dimittas fontem gra-
tiæ, qui singulis momentis tibi patet hæret-
que in manibus tuis, vigila solerter, custodi
cor tuum, stude profectui & noli reipsum
spoliare gratijs, quas in alios
effundis.



DIES

DIES NONUS.

De

*Excellentia, & Sublimitate
Sacerdotij, respectu dignitatis Regalis,
quam superat.*

PUNCTUM PRIMUM.

CONsidera, ad quantam dignitatem Sa-
cerdos sit sublevatus, utpote, quæ su-
perat dignitatem Regalem. *Sacer-*
dotium, inquit S. Jo. Chrysostomus, *est Prin-*

Hom. 5. cipatus, & venerabilior quocunque alio Principi-
de verb. patu. Sacerdotij Principatus ipso etiam re-
JS. Vi- gno venerabilior & major est. Ne loqua-
di. Do- ris mihi de purpurâ, nec de diademate, aut
minum. chlamyde aureâ, hæc enim umbra sunt, ver-
nisque flosculis viliora. S. Clementi pla-
cuit, Sacerdotium tantò esse nobilius, tan-
tumque excedere dignitatem regiam, quan-
tò anima excellentior est quam corpus.

De con- *Quantò anima corpore præstantior est, tantò Sa-*
stit. Ap. *cerdotium excellentius regno, solvit enim aut*
l. 2. c. *ligat supplicio vel remissione dignos.* Tametsi
14. videas Regem Throno suo insidentem, vesti-
tum auro & gemmis, tota hæc ejus auctoritas
corpus respicit; & auctoritas Sacerdotis ex-
tendit se ad animam. Auctoritas Regis est
tota terrena; Sacerdotis autem cœlestis,
quem-

quemadmodum observat S. Jo. Chryso-
 mus: Regi corpora commissa sunt, Sacerdoti *Hom. 4.*
 anima. Alij sunt termini Regni, alij Sacerdo- *in illud*
 tij, hoc regnum illo majus est. Sacerdotij jus è JS. In
 supernis descendit &c. Regi ea, quæ hîc sunt, anno,
 commissa sunt, mihi cœlestia: mihi cùm dica quo
 Sacerdotem intelligo. Et si ulterius videre *mortu-*
 volueris, quantò Sacerdotij dignitas superet *us est.*
 regiam, considera, quod Reges submittant *l. 1. de*
 capita Sacerdotum manibus, hinc in lege *Sacr.*
 veteri, & etiam in novâ Reges inunguntur à *14.*
 Sacerdotibus, ut adeò opimè S. Petrus infi-
 gniverit Sacerdotium titulo regali: Regale *1. Pet.*
 Sacerdotium. *2. v. 5.*

Confidera, quantâ reverentiâ Sacerdos
 sit prosequendus, quanta ejus auctoritas, &
 quantoperè Deo sit obligatus, à quo ad cul-
 men tam eximium est evehctus.

AFFECTUS.

Non vides, Anima mea, ad quantum
 honoris fastigium te Deus elevave-
 rit? & tamen adeò teipsam annihilas
 & despicias. Si te demitteres ex verâ humi-
 litate, laudanda esses, quia verò tam abje-
 ctam te geris, & hæc tua demissio provenit
 ab exiguâ æstimatione, quam de tuo statu
 habes, meritò culpanda es. *Vide dignitatem*
tuam, & ne obliviscaris propriæ animæ, dum
 curâ

cura tibi incumbit de aliorum animabus. O mi Deus! Vix me ipsum capio, dum altà mente revolveo, quantum æstimes Sacerdotes tuos. An non admiror, plùs æstimari coronam clericalem, quàm auream in regione vertice rutilantem? Præferri inunctas Sacerdotum manus summorum totius orbis Monarcharum sceptris? O quàm bonus es mi Jesu, & quàm effusè liberalis! qui Sacerdoti tantam communicas auctoritatem, ut toti Mundo gloriosè imperet. Faceat auctoritas Regum, sceptrum ligonibus æquet, & prout vulgè adoret auctoritatem Sacerdotis, quæ non est creaturæ mortalis, sed Regis Regum. Ah! Ignosce dulcissime Jesu! quòd hæcenus honorem meum non magis observaverim. Confiteor tibi miseriam & ingratitude meam; sustenta debilitatem meam robore gratiæ tuæ, ut perfectè tanto honori correspondere valeam, tibi enim soli & unico servire desidero.

Fructus & proposita.

NE unquam è memorià tuà labatur honor iste & auctoritas, quàm Deus in animas tibi concessit, quanto enim magis ponderavis, tanto exstimulaberis ad majorem tui custodiam, & in virtutibus progressum, cum enim auctoritas tua spiritualis sit,

fit, clarum est, omnia tua ad spiritualia inflectenda esse. Confundere, quòd majorem curam impendas commodis corporis quàm animæ. Disce insuper, nullum tibi laborem recusandum pro salute animarum. Memento, Regem te esse. *Reges*, inquit S. Jo. Chrysostronus, *certant cum Barbaris, tibi certandum cum Dæmonibus*; illi pugnant pro conservatione bonorum terrestrium, tu pro conservatione animarum; Illi, ut defendant regnum terrenum, tu, ut cœleste. Recordare insuper, quod S. Ambrosius in laudem Sacerdotij asserit, *Aurum non tam pretiosius est plumbo, quàm regiâ potestate altior est dignitas Sacerdotalis*. Quibus consideratis, facies propositum, tantæ tuæ dignitati pro virili correspondendi, Deumque pro tantâ gratiâ incessanter laudandi.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA, quod si Sacerdos polleat titulo Regali, imò ut talis, superet Reges, cùm ejus auctoritas ad nobiliora objecta se extendat, regnumque ejus sit spirituale, ita, ut sit tanquam Vicarius Christi Jesu, ejusque regnum administret, qui est *Rex Regum, & Dominus Dominantium*, clarum est, summoperè ipsi incumbere, ut in omnibus se assimilet Christo.

Con-

Jo. 18.
v. 36.

Confidera, cùm *Regnum Christi non fit de hoc Mundo*, quemadmodum ipsemet fassus est: *Regnum meum non est de hoc Mundo*, necessario sequi, regnum Christi & Sacerdotis totum esse cœleste. Imaginetur sibi jam Regem terrenum, & consideret, quàm is conetur ampliare suas ditiones, nec omitat hujus intuitu se ipsum excitare, ac perpendere, quid sibi faciendum in regno suo cœlesti, quam videlicet se abstrahere debeat à rebus terrenis, cogitationes suas ad cœlestia elevare, fugere omnes vanitates & abhorrere totum, quod Mundum sapit.

Confidera, subditos regni tui esse spirituales, unde semper spiritui invigilandum, nec alias tuas divitias imaginare, quam gratiam Dei, & virtutes, quibus proinde cooperandum, omniaq; temporalia conculcanda.

Confidera *Regnum tuum non esse de hoc Mundo*.

AFFECTUS.

O Anima mea! dum video te Mundo affixam, dicere omninò non audeo: *Regnum tuum non esse de hoc Mundo*. Si elevata es ad custodiam regni cœlestis, cur ita terræ inhæres? O placeat tibi Deus meus! ut tandem aliquando perfectè me à Mundo abstraham! Placeat tibi, O Domine mi! ut nullas

nullas alias cogitationes nutriam quàm coelestes, nec quæram aliud quàm spiritualia ! Fateor, mi Deus, stultitiam meam, fateor ignorantiam & turpitudinem meam, quam ostendi in amplectendo caducas & mundanas reculas. O Cor meum ! quàm malè impendisti amorem tuum, quàm fuisti cœcum, dum aspexisti pulchritudinem dealbatam, intus verò plenam abominatione. An cœcum eras, & magis excœcabaris, dum splendores Mundi intuebaris, qui sunt tanquam venenum, potentijs animæ mortem afferens ? Despiebas, O cor meum ! & adhuc desipis, quoties magis æstimas tenebras quàm lucem, magis noctem quàm diem. Elevare, O Anima mea ! elevare & aspice lucem cœli, intueri Paradisum, & considera, Reginam te esse, regnum tamen tuum non esse de hoc Mundo, non temporale aut transitorium, sed spirituale & æternum. Spiritui igitur, rebusque spiritualibus intenda.

Fructus & proposita.

Cum Sacerdos probè consideraverit, quomodo ratione suæ dignitatis & officij teneatur vivere à Mundo abstractus, & ita, ac si mortuus esset, mors tamen ista nondum perfectas radices in corde suo egerit, curam adhibebit, ut eam modo

ii

perfe-

perfectissimo cordi suo inferat. Studeat de terrenis illis contemptum & nauseam sibi parere. Fugiat omnes occasiones, quæ ad terrena allicere possunt. Recordetur, quod spes suæ in Deo sint collocatæ, totumque suum imperium & potestas à Deo dependeat, nec sibi competere potestatem nisi spiritua-lem, ut adeò necesse sit, totis viribus spiritui invigilarè. O quàm detestandum est! videre Sacerdotes, qui, contempto suo gradu, neglectâque obligatione, semper terrenis inhiant cogitationibus, & operibus suis ad corradendas pecunias, ditandasque suas domos insistent, de cœlestibus aut de animarum salute nihil solliciti. O quàm tales excacati Sacerdotes omninò non possunt dicere: *Regnum meum non est de hoc Mundo*, cum nau-secant super cœlesti mannâ, & quarant cibos corporales, in comessationibus & potationibus non sine scandalo frequentissimi. Ah scias, mi Sacerdos, & certò teneas, quod, dum in vitâ es de hoc Mundo, periturus quodque sis cum Mundo, & perditurus regnum cœleste, quod utique meritò te deterreat.

PUNCTUM TERTIUM.

Considera excellentiam & dignitatem Sacerdotum, non solum quòd sint exaltati (quemadmodum in prioribus vidisti) & superent Reges terrenos, sed, quod

quod insuper speciosissimis honorum titulis à Deo sint condecorati: Evolve Vetus Testamentum, & invenies eos Angelos fuisse nuncupatos. Ita Malachiæ cap. 2. *Angelus Domini exercituum est.* Quia, quemadmodum Angeli sunt Ministri Dei electi, per quos populis innotescat voluntas Dei, ita mediantibus Sacerdotibus explicatur animabus voluntas divina seu lex & præcepta. Alter titulus Christo eos comparat: *Nolite tangere Christos meos.* Christus enim significat *Unctus*; cum igitur Sacerdos exterior inungatur, ut indicetur inunctio interior & divina, quâ abundavit supremus Sacerdos Christus Jesus, hinc merito eundem titulum sibi vendicant. Quod si Novum Testamentum consulueris, in Matthæo habebis. *Vos estis sal terra, & lux Mundi.* Quia, quemadmodum sal condit insipida & reddit palato accepta, ita Sacerdotibus incumbit, disponere populum, ut cum gustu & aviditate pietati & virtutibus inhiant, vel, quemadmodum Sal impedit corruptionem rerum humidarum, eas exsiccando; ita Sacerdotes debent invigilare, ne fideles ad vitia à naturâ proclives corrumpantur per perversos mores. Lux Mundi sunt, quia bonis exemplis debent illuminare animas, & eadem luce sanctarum operationum deducere seu dirigere in viam Paradisi.

- Confidera etiam, quod vocentur coadjutores Dei, quemadmodum S. Paulus hoc titulo insignivit: *Dei adjutores sumus*. Quia debent concurrere ad salutem animarum, al- laborando semper, ut Dei vestigia sectentur, secus minimè *adjutores Dei*, sed Dæmonis futuri. Confidera denique, quod vocati fuerint homines Dei, & ejus Legati: ita idem S. Paulus: *Legatione pro Christo fungimur*. Innuendo, quod, quemadmodum Legatus nil aliud cogitat quàm negotia sui Principis, quomodo ea ad optatum exitum perducere velit; ita Sacerdos totum suum studium impendere debet, quomodo honorem Dei promoveret, sedes æthereas plurimo animarum lucro implere, virtutes implantare, & vitam Christianam introducere velit.

AFFECTUS.

Cur, O mi Jesu! non deses nomen meum de libro Electorum tuorum? Nôsti utique, quàm indignè nomen Sacerdotis hucusque portaverim. Ah! O quantæ! O quantæ sunt tuæ gratiæ, Jesu mi dulcissime, quas communicasti mihi! & ego O quàm tepidè eisdem respondi! Ah Pater indulgentiarum miserere mei indignissimi famuli tui. Sal sum infatuatum, lumen deficiens, unde perverso meo exemplo nec con-
dio,

dio, nec illumino fideles tuos. O miserum me & indignum omni honorifico titulo! O Anima mea! En, assumpta es in Angelum, in Christum, in Dei adiutorem, & tamen nihil agis, quæ tituli isti requirunt. Pudeat te, ingemisce & dole. O Deus! quàm displicet mihi non respondisse tanto honori, quem mihi communicasti. Revoco jam & detestor medullitùs, ac plenâ voluntate omnem meam actionem divinæ tuæ voluntati contrariam. Auxilium tuum super me, O mi Jesu! quia sine te deficiunt vires meæ. *Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.*

Fructus & proposita.

Nihil fructuosius præstabis, optime Sacerdos, quàm si verba Christi diligentissimè consideraveris: *Vos estis sal terra.* Magnum quid & summè honorificum hoc est, ô Sacerdos, sed ecce! *Si sal evanuerit, in quo salietur?* expelletur à præfentiâ Dei, & conculcabitur in æternum à Dæmonibus. *Vos estis lux Mundi.* Quod si hanc lucem veritatis in tenebras per peccata vestra, quis obsecro illuminabit populum? nunquid iterum digni eritis, O Sacerdotes! *qui projiciamini in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium? fungimini legatione pro*

li 3 ne pro

ne pro Christo & tamen honorem ejus tam parum curatis, toti in commoda vestra intenti. Quid non supplicij vos expectabit? Considera hæc frequenter, mi Sacerdos, & quare occasiones emendandi vitam tuam ad normam & præscriptum Christi JESU æterni Magistri tui, stude non tantum bonus sed perfectus esse Sacerdos.

DIES DECIMUS.

De Bonitate, Perfectione, & magnâ Sanctitate, qua eminere debet Sacerdos.

Erūitur hæc doctrina ab ijs, quæ supra dicta sunt.

PUNCTUM PRIMUM.

INfinitæ sunt rationes & motiva, quæ obligant Sacerdotem ad vitam sanctam & perfectam, solum quippè Sacerdotis nomen divinum quid & cœleste sonat, quemadmodum placuit Concilio Sardicensi: *Divinum atque imprimis venerandum Sacerdotis nomen, & hoc ex eo utique capite, quod nec tractet, nec occupatus sit Sacerdos in alijs quàm cœlestibus, uti observavit S. Jo. Chryso-
l. 3. d. Sac- dotio. - stomus: Sacerdotium in terrâ quidem peragitur, sed in cœlestium ordinem revocatur. S. Bernar-*

Bernardus penitiùs propositurus Sacerdotum dignitatem dialogum instituit, ubi eis ob oculos ponit, quòd transcendant Regum & Imperatorum Majestatem: *Quarta prerogativa Ordinis vestri pratulit vos Regibus & Imperatoribus.* At quid terrenam dignitatem adducimus? Plus dicam: *Pratulit vos Angelis, Archangelis, Thronis & Dominationibus.* Quemadmodum Christus Dominus humanum genus redempturus assumere voluit semen Abrahamæ, & non naturam Angelorum, ita consecrationem corporis & sanguinis sui committere voluit non Angelis, sed hominibus, & quidem solis Sacerdotibus. Unde perfacilè dignoscetis, quanta sanctitas in Sacerdote requiratur. *Primarium, quod Sacerdotem ad perfectionem obligat, est unio, quam habet cum Christo, per Ordinem enim sacrum effectus est frater, & individuus socius, Christi Jesu omnia alia respiciens, & soli huic divino Ministerio se devinciens; atque hæc unio est perennis & æterna, cum Sacerdos sempiternum habeat Sacerdotium.* Quemadmodum igitur Christus Dominus totus est Sanctus & immaculatus; ita & Sacerdos omnibus virtutibus debet esse instructus, ut Sanctitas ubique eluceat: Sanctitas respectu Dei, Sanctitas respectu sui ipsius, Sanctitas respectu proximi; & hoc, quod juxta S. Ambrosium sit *Dux Sanctitatis.*

S. Bern-
ard. ad
Past. in
Synod.

ram pa-
intenti.
Confi-
c quare
ad nor-
æterni
nus sed

IS.

e, &
debet

ua

M.

æ obli-
tam &
tis no-
nemad-
Divi-
cerdote
od nec
in alijs
Chry-
mpera-
tur. S.
Bernar-

tatis. S. Isidorus obligationem Sacerdotum in summam redigit dicens: *Qui in erudiendis atque instituendis ad virtutem populi praeerit, necesse est, ut in omnibus sanctus sit, & in nullo reprehensibilis habeatur.*

AFFECTUS.

PECCATOR sum, O mi Deus! & tamen debere esse sanctus, tot capitibus ad Sanctitatem obligatus. O anni vitae meae malè consumpti! O menses! O dies! O momenta malè collocata! Pro eo, ut me impenderem acquisitioni virtutum, reperio me semper in vitia procliviorum. Erravi, O Deus meus! Peccavi, non nego, cœcus fui. Nimiùm, ah! nimiùm indulsi passionibus meis! quæ cum & ipsæ cœcæ fuerint, non poterunt me deducere nisi in tenebras culpæ. Ignosce mihi, O Domine mi! emendabo enim in melius, & lumine gratiæ tuæ non errabo ampliùs à viâ, sed incedam semitam sanctitatis, & spiritui me penitus consignabo.

Fructus & proposita.

Efficax emendationis propositum suadebunt, seu potiùs inculcabunt verba S. Jo. Chrysostomi, qui ait. *Necesse est, Sacerdotem sic esse purum, ut, si esset in cœlis collocatus, inter cœlestes illas virtutes meditari staret.*

staret. Vult insuper prælibatus Sanctus, & tantam puritatem, ac Sanctitatem in Sacerdote exigit, ut eum Soli compareat; quemadmodum igitur iste pulcherrimos suos radios in omnes effundit & omnes illuminat; ita & Sacerdos præclarissimis virtutum radijs ubique splendescere, omnesque irradiare tenetur, ut adeò cum S. Paulo passim protestari possit: *Vivo ego jam non ego, sicut verò in me Christus*, quæ omnia haud dubiè fervorem excitabunt in Sacerdote, majori studio perfectioni insistendi. Turpe profectò est, videre Sacerdotem Christo Sanctorum omnium Sanctissimo esse associatum, & tamen peccatis esse immersum. Item obligatum esse, ut Christo lucretur animas, omnesque salvas faciat, & ad Sanctitatem perducat, ipsummet verò damnatum, & plenum iniquitate. Pervertere, O Sacerdos! & propone non tantum linqûa, sed & intimis tui cordis repagulis seriò posthac reemendare, & vitæ Sanctitati incumbere.

Ad Gal. 2.

PUNCTUM SECUNDUM.

CONSIDERA, Sanctitatem in Sacerdote requisitam tribus punctis comprehendì. Primum est: ut longissimè absit ab omni peccato etiam levi, & ab omni imperfectione, si cupiat esse similis Christo, qui & ipse longissimè absuit ab omni, etiam minimâ, imper-

• li 5 • imper-

cerdo-
n eru-
populis
us sit,

ende-
ous ad
i vitæ
dies!
ut me
perio
ravi,
us sui.
onibus
, non
culpa.
adabo
on er-
nitam
confi-

uade-
rba S.
esse est,
u celis
cedim-
staret.

- imperfectione, ut adeò solus dicere poterit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Cùm per naturam impeccabilis fuerit, & segregatus à peccatoribus, quemadmodum S. Paulus de ipso locutus est. Secundum est, congeries quædam omnium virtutum, quam deducimus cum unione cum Christo, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei.* Tertium, ut non subsistat in purâ virtutum possessione, sed ut possideat in gradu eminenti, quemadmodum fuerunt illæ in Christo Jesu, quæ fuerunt eminentes in gradu heroico & perfectissimo. Humilitas profundissima, cùm humiliasset se usque ad mortem. Obedientia perfectissima, cùm mori prælegisset quàm virtutem hanc amittere: *factus obediens usque ad mortem.* Caritas tam ardens, ut pro suis inimicis mori & orare voluerit: *Pater dimitte illis.* Considera igitur, quàm Sacerdotes debeant esse perfecti & sancti, quàm nihil debeant desiderare, nisi perfectam adimplentionem divinæ voluntatis; quàm denique puritati conscientiæ studere debeant. Dicitur de Sacerdotibus nostris, quòd *Deus elegerit Sacerdotes sine maculâ voluntatem habentes in lege Domini.* Ille est perfectus Sacerdos, qui est purus, qui ob-servans est legis divinæ, qui intendit in omnibus exactè adimplere divinam voluntatem.

AFFE

AFFECTUS.

O Redemptor mi! quàm agnosco me indignum Sacerdotem, quia tam diversus sum à te, qui es norma Sacerdotum! Exulat puritas, deest omnis Sanctitas, clamant adversum me peccata mea, quomodo igitur assimilabor tibi, O mi JESU! qui es speculum sine maculâ? O Deus meus! quàm me confiteor miserabilem, dum privatim me video, & cœcorâ virtutum congerie, quæ tamen cuilibet Sacerdoti summè est necessaria. O timor & tremor, ubi estis? dum altare cogito, ne dicam, ubi ad aram progredior? Mirumne esset, si severissimus Vindex indignum arceret, & cum nequissimo illo convivâ in infernum detruderet, cum æque mihi ac ipsi desit vestis nuptialis, quæ est perfecta virtutum possessio? O oculi mei ubinam sunt amarissimi lachrymarum rivuli, quibus vestis meæ maculas abluam, & totus mundus huic epulo assideam? Tuum est, O mi, JESU! solvere fontes lachrymarum. Tuum est mundare, tuum adornare animam meam. Ergò lava me, O mi JESU! totum cor meum reple tuâ sanctâ gratiâ, corrige, dirige, instrue.

Fructus & proposita.

Ingredjatur Sacerdos intima cordis sui, & & bene consideret, an virtutes illas possideat.

deat, quæ reperiuntur in Christo. Videat, an non prædominetur aut regnet peccatum mortale vel veniale, an sit à societate peccatorum alienus. Disquirat, an in ipso sint virtutes illæ, quibus Christus coruscat: humilitas videlicet, patientia, mortificatio, obedientia, charitas &c. & cum viderit se destitutum omni virtute, eliciat actus desiderij erga illas, proponat toto conatu eandem adeptioni invigilare.

Norint proinde omnes Sacerdotes, quòd ad magnam Sanctitatem sint obligati, nec dicere audent Sæculares ad miorem se obstringi quàm Regulares, sciant potiùs, S. Ildororum Palusiotam non tantùm exigere æqualem perfectionem, sed majorem: *Eos, qui Sacerdotum munere funguntur, sanctiores & puriores illis esse oportet, qui ad montes se contulerunt, id est, Religiosis.* Hinc Sacerdos continuò conscientiam suam mundare debet, & procurare, ut se abstrahat ab inordinatis affectibus, & omnibus illis, quæ possunt maculare animam. Exerceatur continuò in abnegatione propriæ voluntatis, mortificet suas passiones, supportet cum patientiâ quidquid in contrarium acciderit, foveat ardens desiderium comparandi omnes virtutes; Meminerit frequenter verborum S. Pauli, quibus Corinthios suos ad studium perfectionis animavit: *Mundemus nos ab omni in-*

2. Cor.

6.

quina-

quinamento carnis & spiritus, perficientes Sanctificationem in timore Dei.

PUNCTUM TERTIUM.

PRO dictarum meditationum conclusione reassume obligationes, quibus Deo obstrictus est Sacerdos. Cogitet se ingens debitum contraxisse, cum enim præ tot alijs electus fuerit ad tantam dignitatem, tantisque favoribus cumulatus, clarum est, Deo summopere propterea obligatum, quanto si quidem majora sunt beneficia, tanto major est obligatio gratitudinis, nec dubium, quin majorem rationem reddere debeat, qui quinque talenta accepit, quam qui tantum duo, quod dudum Mundo patefecit S. Gregorius Papa: *Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum.*

Hom.

9. in

Evang.

Considera ulterius, quod S. Leo Papa paternè Sacerdotibus insinuat. *Tam excellens est Sacerdotum electio, ut, que in alijs Ecclesie membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.* Et S. Jo. Chrysostomus: *Neque enim peccati magnitudinem, sed peccantis potius dignitate peccatum omnes metiuntur.* Ex quibus concludere, si talis, & tanta sit dignitas Sacerdotum, quam graves futuræ sine eorum culpæ.

Epist. ad

Anast.

Considera etiam, quanto timore debeat vivere Sacerdos, quantaque advertentiâ functiones

ctiones

ctiones suas obire, si enim tam graves sunt rationes, quas Deo debet reddere pro gratijs ab eo acceptis, gravi haud dubiè timore concutiatur. Unica sola sententia S. Joan. Chrysofomi justissimum timorem omnibus incutiat. Ubi cordialiter & sinè exaggeratione loquitur: *Non temerè dico, sed ut affe-*

Hom. 3. Etus sum & sentio: Non arbitror Sacerdotes de Sa- multos esse, qui salvi fiant, sed multo plures, qui cer. c. 11. pereant. Nec minori fulminè prorumpit S. Augustinus: istis temporibus non est res facilior & jucundior hominibus, quàm obtinere officium Episcopi, Presbyteri vel Diaconi, sed coram Deo non est res hac miserabilior, tristior, & damnabilior.

Considera nunc, quantà cautelâ debeant quæri, & acceptari hæ dignitates. Unde accuratè ponderandum est, priusquam ad hos gradus ascendatur; sublimes enim sunt, &, nisi sollicitè observentur, evidens & æternam præcipitium minantur.

AFFECTUS.

Quid tandem erit, Anima mea, quæ hunc honorem, & gradum conscendisti, & tamen non considerasti tuas obligationes? Quid ages in die iudicij, quando Dominus tuus justus & rigorosus Iudex rationem à te exiget, quomodo officium tuum exercueris? O me miserum! O quàm gradu

gradu terribili me aggredietur timor ille in mortis articulo, & in die iudicij, quem tamen in vitâ contempsi & non curavi! O quàm doleo, non satis considerâsse obligationes meas! Ah! Anima mea, si Sacerdotes magni spiritus ad eò timuerunt, & ad eò dignitates istas fugierunt, quid fiet de me? Ah Deus meus! conijcio me in sinum misericordiæ tuæ, & tanti ausûs humillimam veniam imploro. O Jesu mi! *confige timore tuo carnes meas.* Conbure & in favillos redige omnem me ipsius existimationem; suscita perfectam humilitatem, & transige cor meum gladio timoris tui, ut his ictibus castigatus effugiam rigurosos ictus in die iudicij, qui æternùm durant.

Fructus & proposita.

Dilcant Sacerdotes vivere in timore sancto, & benè ponderare obligationes suas. Nec sacro altari appropinquent, nisi atro horrore concussi. Cogitent, in quàm propinquo damnationis periculo versentur, si vocationi suæ non responderint. Hæc una cogitatio plurimos sanè & sanctissimos quosq; absterruit à tanti, & tam honorifici muneris susceptione. S. Franciscus Seraphicus humilitatis semper studiosissimus persuaderi nequijt, ut à Diaconatu ad Sacerdotij cœmen progredieretur, deterritus à puritate, quam Angelus per vasculum aquæ,

aquæ,

aquæ, quod in manu tenebat, à Sacerdote requisivit, eique necessariam asseruit. S. item Hilarion, S. Arsenius, S. Antonius, S. Macarius, & S. Benedictus, eodem hoc timore moti, fugerunt hanc dignitatem, quibus accessit S. Abbas Theodorus, qui idem, cum esset Diaconus, noluit hoc officium exercere, indignum se reputans. Meus gloriosissimus S. Patriarcha Cajetanus, qui, licet tam esset perfectus, ut passim sanctissimus, & spirituosissimus, & devotissimus audiret, nihilominus diem illum, quo ordinatus Sacerdos, vocavit diem magnæ suæ superbiæ. Quæ omnia documento sint omnibus Sacerdotibus, ut & ipsi in sancto timore vivant, procurentque saltem angelicè vivere, si eos superare nequeunt, quos tamen dignitate excedunt. Pauperes Sacerdotes, qui idcirco Sacerdotium ambiunt, ut pingues beneficiorum Ecclesiasticorum redditus sibi comparant, non autem, ut honor Domini augeatur, & in fidelibus crescat, tales evidentè demonstrant, plus se corporis, quàm animæ, bona pensare. Corpus impinguant, & animam destruunt, animam æternis flammis adducunt, ut exiguo tempore carni, benè sit.

Stultitiâ in omne ævum nunquam
fatis deploranda.

* * *

F I N I S.